$$\lambda_{,}=\frac{k^{n}}{\left\{\Delta\operatorname{am}\left(\frac{2K'}{n},k'\right)\Delta\operatorname{am}\left(\frac{4K'}{n},k'\right)\dots\Delta\operatorname{am}\left(\frac{(n-1)K'}{n},k'\right)\right\}^{4}};$$

$$\lambda'_{,}=k'^{n}\left\{\sin\operatorname{coam}\left(\frac{2K'}{n},k'\right)\sin\operatorname{coam}\left(\frac{4K'}{n},k'\right)\dots\sin\operatorname{coam}\left(\frac{(n-1)K'}{n},k'\right)\right\}^{4}$$

$$M_{,}=\left\{\frac{\sin\operatorname{coam}\left(\frac{2K'}{n},k'\right)\sin\operatorname{coam}\left(\frac{4K'}{n},k'\right)\dots\sin\operatorname{coam}\left(\frac{(n-1)K'}{n},k'\right)}{\sin\operatorname{am}\left(\frac{2K'}{n},k'\right)\sin\operatorname{am}\left(\frac{4K'}{n},k'\right)\dots\sin\operatorname{am}\left(\frac{(n-1)K'}{n},k'\right)}\right\}^{2}$$

$$\sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda_{,}\right)=\frac{\frac{\sin\operatorname{am}u}{M_{,}}\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{2K'}{n},k'\right)}\right)\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{4K'}{n},k'\right)}\right)\dots\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{(n-1)K'}{n},k'\right)}\right)}{\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{K'}{n},k'\right)}\right)\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{3K'}{n},k'\right)}\right)\dots\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{(n-2)K'}{n},k\right)}\right)}$$

$$\cos\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda_{,}\right)=\frac{\cos\operatorname{am}u\left(1+\sin^{2}\operatorname{am}u\,\Delta^{2}\operatorname{am}\left(\frac{2K'}{n},k'\right)\right)\left(1+\sin^{2}\operatorname{am}u\,\Delta^{2}\operatorname{am}\left(\frac{4K'}{n},k'\right)\right)\dots\left(1+\sin^{2}\operatorname{am}u\,\Delta^{2}\operatorname{am}\left(\frac{(n-1)K'}{n},k'\right)\right)}{\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{K'}{n},k'\right)}\right)\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{3K'}{n},k'\right)}\right)\dots\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{(n-2)K'}{n},k'\right)}\right)}$$

$$\Delta\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda_{,}\right)=\frac{\Delta\operatorname{am}u\left(1+\sin^{2}\operatorname{am}u\,\Delta^{2}\operatorname{am}\left(\frac{K'}{n},k'\right)\right)\left(1+\sin^{2}\operatorname{am}u\,\Delta^{2}\operatorname{am}\left(\frac{3K'}{n},k'\right)\right)\dots\left(1+\sin^{2}\operatorname{am}u\,\Delta^{2}\operatorname{am}\left(\frac{(n-2)K'}{n},k'\right)\right)}{\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{K'}{n},k'\right)}\right)\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{3K'}{n},k'\right)}\right)\dots\left(1+\frac{\sin^{2}\operatorname{am}u}{\operatorname{tg}^{2}\operatorname{am}\left(\frac{(n-2)K'}{n},k'\right)}\right)}$$

$$\sqrt{\frac{1-\sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda_{,}\right)}{1+\sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda_{,}\right)}}=$$

$$\sqrt{\frac{1-\sin\operatorname{am}u}{1+\sin\operatorname{am}u}\cdot\frac{\left(1-\sin\operatorname{am}u\,\Delta\operatorname{am}\left(\frac{2K'}{n},k'\right)\right)\left(1-\sin\operatorname{am}u\,\Delta\operatorname{am}\left(\frac{4K'}{n},k'\right)\right)\ldots\left(1-\sin\operatorname{am}u\,\Delta\operatorname{am}\left(\frac{(n-1)K'}{n},k'\right)\right)}{\left(1+\sin\operatorname{am}u\,\Delta\operatorname{am}\left(\frac{2K'}{n},k'\right)\right)\left(1+\sin\operatorname{am}u\,\Delta\operatorname{am}\left(\frac{4K'}{n},k'\right)\right)\ldots\left(1+\sin\operatorname{am}u\,\Delta\operatorname{am}\left(\frac{(n-1)K'}{n},k'\right)\right)}}$$

$$\sqrt{\frac{1-\lambda_{,}\sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda_{,}\right)}{1+\lambda_{,}\sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda_{,}\right)}}=$$

$$\sqrt{\frac{1-k\sin\operatorname{am}u}{1+k\sin\operatorname{am}u}\cdot\frac{\left(1-\Delta\operatorname{am}\left(\frac{K'}{n},k'\right)\sin\operatorname{am}u\right)\left(1-\Delta\operatorname{am}\left(\frac{3K'}{n},k'\right)\sin\operatorname{am}u\right)\ldots\left(1-\Delta\operatorname{am}\left(\frac{(n-2)K'}{n},k'\right)\sin\operatorname{am}u\right)}{\left(1+\Delta\operatorname{am}\left(\frac{K'}{n},k'\right)\sin\operatorname{am}u\right)\left(1+\Delta\operatorname{am}\left(\frac{3K'}{n},k'\right)\sin\operatorname{am}u\right)\ldots\left(1+\Delta\operatorname{am}\left(\frac{(n-2)K'}{n},k'\right)\sin\operatorname{am}u\right)}}$$

$$\frac{\lambda_{,}}{kM_{,}}\sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda_{,}\right)=\sin\operatorname{am}u+\frac{2}{k}\sum\frac{\Delta\operatorname{am}\left(\frac{2(q-1)K'}{n},k'\right)\sin\operatorname{am}u}{\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{2(q-1)K'}{n},k'\right)+\cos^2\operatorname{am}\left(\frac{2(q-1)K'}{n},k'\right)\sin^2\operatorname{am}u}$$

$$\frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}\lambda_{,}}{kM_{,}}\cos\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda_{,}\right)=\cos\operatorname{am}u-\frac{2(-1)^{\frac{n-1}{2}}}{k}\sum\frac{(-1)^q\sin\operatorname{am}\left(\frac{2(q-1)K'}{n},k'\right)\Delta\operatorname{am}\left(\frac{2(q-1)K'}{n},k'\right)\cos\operatorname{am}u}{\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{2(q-1)K'}{n},k'\right)+\cos^2\operatorname{am}\left(\frac{2(q-1)K'}{n},k'\right)\sin^2\operatorname{am}u}$$

$$\frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}}{M_{,}}\Delta\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda_{,}\right)=\Delta\operatorname{am}u-2(-1)^{\frac{n-1}{2}}\sum\frac{(-1)^q\sin\operatorname{am}\left(\frac{2(q-1)K'}{n},k'\right)\Delta\operatorname{am}u}{\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{2(q-1)K'}{n},k'\right)+\cos^2\operatorname{am}\left(\frac{2(q-1)K'}{n},k'\right)\sin^2\operatorname{am}u}$$

$$\frac{\lambda'_{,}}{k'M_{,}}\operatorname{tg}\operatorname{am}\left(\frac{u}{M_{,}},\lambda'\right)=\operatorname{tg}\operatorname{am}u+2\sum\frac{(-1)^q\cos\operatorname{am}\left(\frac{2qK'}{n},k'\right)\Delta\operatorname{am}\left(\frac{2qK'}{n},k'\right)\sin\operatorname{am}u\cos\operatorname{am}u}{1-\Delta^2\operatorname{am}\left(\frac{2qK'}{n},k'\right)\sin^2\operatorname{am}u}.$$

In formulis pro transformatione prima positum est $(-1)^{\frac{n-1}{2}} M$ loco M. Formulas pro transformatione secunda dupliciter exhibere placuit, et sub forma imaginaria et sub forma reali, in quibus praeterea loco $k \sin am \frac{2miK'}{n}$, $k \sin coam \frac{2miK'}{n}$, cet. ubique scriptum est $\frac{-1}{\sin am \frac{(n-2m)iK'}{n}}$, $\frac{1}{\sin coam \frac{(n-2m)iK'}{n}}$ cet. Id quod, sicuti reductio in formam realem, ope formularum §^{i} 19 facile transactum est. Ubi signum ambiguum $\pm$ positum est, alterum $+$ eligendum est, ubi $\frac{n-1}{2}$ est numerus par, alterum $-$, ubi $\frac{n-1}{2}$ est numerus impar; de signo $\mp$ contrarium valet. In summis praefixo Σ designatis, numero q valores 1, 2, 3, ... $\frac{n-1}{2}$ tribuendi sunt.

E formulis pro transformatione prima propositis patet, quoties u fiat successive:

$$0, \frac{K}{n}, \frac{2K}{n}, \frac{3K}{n}, \frac{4K}{n}, \ldots\ldots,$$

fore $am\left(\frac{u}{M}, \lambda\right)$:

$$0, \frac{\pi}{2}, \pi, \frac{3\pi}{2}, 2\pi, \ldots\ldots,$$

unde obtinemus:

$$\frac{K}{nM} = \Lambda.$$

Contra vero videmus in transformatione secunda, quoties u fiat: $0, K, 2K, 3K, \ldots$ sive am u: $0, \frac{\pi}{2}, \pi, \frac{3\pi}{2}, \ldots$, fieri $am\left(\frac{u}{M_{,}}, \lambda_{,}\right)$ et ipsam $= 0, \frac{\pi}{2}, \pi, \frac{3\pi}{2}, \ldots$, unde hoc casu:

$$\frac{K}{M_{,}} = \Lambda_{,}.$$

Ceterum e formulis pro Modulis λ, λ', $\lambda_{,}$, $\lambda'_{,}$ exhibitis elucet, crescente n, Modulos λ, $\lambda'_{,}$ rapide ad nihilum convergere, ideoque simul Modulos λ', $\lambda_{,}$ proxime accedere ad unitatem. Itaque transformationem Moduli primam dicere convenit *maioris in minorem*, secundam *minoris in maiorem*.

DE TRANSFORMATIONIBUS COMPLEMENTARIIS S. QUOMODO E TRANSFORMATIONE MODULI IN MODULUM ALIA DERIVATUR COMPLEMENTI IN COMPLEMENTUM.

25.

In formula supra inventa:

$$\operatorname{tg am}\left(\frac{u}{M},\ \lambda\right) = \sqrt{\frac{k'^n}{\lambda'}}\operatorname{tg am} u \operatorname{tg am}(u+4\omega)\operatorname{tg am}(u+8\omega)\ldots\operatorname{tg am}(u+4(n-1)\omega)$$

ponamus $u=iu'$, $\omega=i\omega'$, ita ut sit $\omega=mK+m'iK'$, $\omega'=m'K'-miK$. Iam vero est (§. 19)

$$\operatorname{tg am}(iu',\ k) = i\sin\operatorname{am}(u',\ k')$$
$$\operatorname{tg am}(iu',\ \lambda) = i\sin\operatorname{am}(u',\ \lambda'),$$

unde formulam allegatam in sequentem abire videmus:

$$\sin\operatorname{am}\left(\frac{u'}{M},\ \lambda\right)=(-1)^{\frac{n-1}{2}}\sqrt{\frac{k'^n}{\lambda'}}\sin\operatorname{am}u'\sin\operatorname{am}(u'+4\omega')\sin\operatorname{am}(u'+8\omega')\ldots\sin\operatorname{am}(u'+4(n-1)\omega').\ \{\text{Mod } k'\}.$$

Porro invenimus formulas:

$$\lambda' = \frac{k'^n}{\{\Delta\operatorname{am}2\omega\,\Delta\operatorname{am}4\omega\ldots\Delta\operatorname{am}(n-1)\omega\}^4}$$

$$M = (-1)^{\frac{n-1}{2}}\frac{\{\sin\operatorname{coam}2\omega\sin\operatorname{coam}4\omega\ldots\sin\operatorname{coam}(n-1)\omega\}^2}{\{\sin\operatorname{am}2\omega\sin\operatorname{am}4\omega\ldots\sin\operatorname{am}(n-1)\omega\}^2},$$

quae e formulis:

$$\Delta\operatorname{am}(iu,\ k) = \frac{1}{\sin\operatorname{coam}(u,\ k')}$$

$$\sin\operatorname{coam}(iu,\ k) = \frac{1}{\Delta\operatorname{am}(u,\ k')},$$

unde etiam sequitur:

$$\frac{\sin\operatorname{coam}(iu,\ k)}{\sin\operatorname{am}(iu,\ k)} = \frac{-i}{\operatorname{tg am}(u,\ k')\,\Delta\operatorname{am}(u,\ k')} = \frac{-i\sin\operatorname{coam}(u,\ k')}{\sin\operatorname{am}(u,\ k')},$$

in sequentes abeunt:

$$\lambda' = k'^n\{\sin\operatorname{coam}2\omega'\sin\operatorname{coam}4\omega'\ldots\sin\operatorname{coam}(n-1)\omega'\}^4 \quad \{\text{Mod } k'\}$$

$$M = \frac{\{\sin\operatorname{coam}2\omega'\sin\operatorname{coam}4\omega'\ldots\sin\operatorname{coam}(n-1)\omega'\}^2}{\{\sin\operatorname{am}2\omega'\sin\operatorname{am}4\omega'\ldots\sin\operatorname{am}(n-1)\omega'\}^2} \quad \{\text{Mod } k'\}.$$

His formulis comparatis cum illis, quae transformationi Moduli k in Modulum λ inserviunt:

$$\sin \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \sqrt{\frac{k^n}{\lambda}} \sin \operatorname{am} u \sin \operatorname{am} (u + 4\omega) \sin \operatorname{am} (u + 8\omega) \ldots \sin \operatorname{am} (u + 4(n-1)\omega)$$

$$\lambda = k^n \left\{ \sin \operatorname{coam} 2\omega \sin \operatorname{coam} 4\omega \ldots \sin \operatorname{coam} (n-1)\omega \right\}^4$$

$$M = (-1)^{\frac{n-1}{2}} \left\{ \frac{\sin \operatorname{coam} 2\omega \sin \operatorname{coam} 4\omega \ldots \sin \operatorname{coam} (n-1)\omega}{\sin \operatorname{am} 2\omega \sin \operatorname{am} 4\omega \ldots \sin \operatorname{am} (n-1)\omega} \right\}^2,$$

elucet Theorema, quod maximi momenti censeri debet in Theoria Transformationis:

„*Quaecunque de Transformatione Moduli* k *in Modulum* λ *proponi possint* „*formulae, easdem valere, mutato* k *in* k′, λ *in* λ′, ω *in* $\omega' = \frac{\omega}{i}$, M *in* „$(-1)^{\frac{n-1}{2}}$ M."

Transformationem autem Complementi in Complementum, dicto modo e transformatione proposita derivatam, dicemus *Transformationem Complementariam*.

Facile patet, transformationum realium Moduli k transformationes reales Moduli k′ complementarias esse, ita tamen ut primae Moduli k secunda Moduli k′, secundae Moduli k prima Moduli k′ complementaria sit. Ubi enim in theoremate modo proposito ponitur $\omega = \frac{\pm K}{n}$, $\omega = \frac{\pm iK'}{n}$, quod transformationibus Moduli k primae et secundae respondet, fit $\omega' = \frac{\omega}{i} = \frac{\pm iK}{n}$, $\omega' = \frac{\omega}{i} = \frac{\pm K'}{n}$, quod transformationibus Moduli k′ respondet resp. secundae et primae. Nec non, cum crescente Modulo decrescat Complementum ac vice versâ, transformatio Moduli in Modulum ubi est maioris in minorem, transformatio Complementi in Complementum seu transformatio complementaria minoris in maiorem esse debet, ac vice versâ. Videmus igitur, mutato k in k′, abire λ in $\lambda_{\prime}'$, $\lambda_{\prime}$ in λ′. Nec non Multiplicator M, transformationi primae eiusque complementariae communis *), abibit

*) Hoc generaliter tantum neglecto signo valet; vidimus enim, quod in altera tr. erat M, in complementaria esse $(-1)^{\frac{n-1}{2}}$ M; at nostris casibus eo, quod in transformatione prima loco M positum est $(-1)^{\frac{n-1}{2}}$ M (v. supra), signi ambiguitas tollitur, ita ut transformationibus realibus complementariis omnino idem sit Multiplicator M.

in $M_{,}$, qui ad transformationem secundam eiusque complementariae pertinet, ac vice versâ $M_{,}$ in M. Hinc e formulis supra inventis:

$$\Lambda = \frac{K}{nM}, \quad \Lambda_{,} = \frac{K}{M_{,}}$$

sequuntur hae:

$$\Lambda'_{,} = \frac{K'}{nM_{,}}, \quad \Lambda' = \frac{K'}{M},$$

unde proveniunt formulae summi momenti in hac theoria:

$$\frac{\Lambda'}{\Lambda} = n\frac{K'}{K}; \quad \frac{\Lambda'_{,}}{\Lambda_{,}} = \frac{1}{n} \cdot \frac{K'}{K}.$$

Hae formulae genuinum transformationis propositae characterem constituunt, unde patet, bono iure singulas nos transformationes ad singulos numeros n retulisse. Adnotabo, quoties n sit numerus compositus $= n'n''$, e singulis radicibus realibus Aequationum Modularium, seu e singulis Modulis realibus, in quos datum Modulum k per substitutionem n^{ti} ordinis transformare liceat, provenire aequationes huiusmodi:

$$\frac{\Lambda'}{\Lambda} = \frac{n'}{n''} \cdot \frac{K'}{K},$$

quae singulis discerptionibus numeri n in duos factores respondent. E quarum igitur numero, quoties n est numerus quadratus, erit etiam haec:

$$\frac{\Lambda'}{\Lambda} = \frac{K'}{K}, \text{ unde } \lambda = k,$$

quae docet, casu quo n est quadratum, e numero substitutionum esse unam, quae multiplicationem suppeditet.

DE TRANSFORMATIONIBUS SUPPLEMENTARIIS AD MULTIPLICATIONEM.

26.

Revocemus formulas:

$$\frac{\Lambda'}{\Lambda} = n\frac{K'}{K}, \quad \frac{\Lambda'_{,}}{\Lambda_{,}} = \frac{1}{n}\frac{K'}{K},$$

quibus hunc in modum scriptis:

$$\frac{\Lambda'}{\Lambda} = n\frac{K'}{K}$$

$$\frac{K'}{K} = n\,.\,\frac{\Lambda'_{,}}{\Lambda_{,}},$$

elucet, *eodem modo pendere Modulum* λ *a Modulo* k *atque Modulum* k *a Modulo* $\lambda_{,}$, *sive eodem modo pendere Modulum* k *a Modulo* λ *atque Modulum* $\lambda_{,}$ *a Modulo* k. Itaque per transformationem primam s. maioris in minorem, qua k in λ, transformabitur $\lambda_{,}$ in k; per transformationem secundam seu minoris in maiorem, qua k in $\lambda_{,}$, transformabitur λ in k. Itaque *post transformationem primam adhibita secunda seu post secundam adhibita prima, Modulus* k *in se redit, seu transformationes prima et secunda successive adhibitae, utro ordine placet, Multiplicationem praebent.*

Vocemus M' Multiplicatorem, qui eodem modo a λ pendet atque $M_{,}$ a k; $M'_{,}$ Multiplicatorem qui eodem modo a $\lambda_{,}$ pendet atque M a k; ita ut obtineantur aequationes:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}}\cdot\frac{1}{\sqrt{1-\lambda^2 y^2}} = \frac{dx}{M\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2x^2}}$$

$$\frac{dz}{\sqrt{1-z^2}}\cdot\frac{1}{\sqrt{1-k^2 z^2}} = \frac{dy}{M'\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-\lambda^2 z^2}},$$

quarum altera transformationi Moduli k in Modulum λ per transformationem primam, altera transformationi Moduli λ in Modulum k per transformationem secundam respondet. Ex his aequationibus provenit:

$$\frac{dz}{\sqrt{(1-z^2)(1-k^2z^2)}} = \frac{dx}{MM'\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}; \text{ unde } z = \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{MM'}\right).$$

At ex aequatione $\Lambda_{,} = \frac{K}{M_{,}}$ mutando k in $\lambda_{,}$, quo facto K in Λ, $\lambda_{,}$ in k, $\Lambda_{,}$ in K, $M_{,}$ in M′ abit, obtinetur $K = \frac{\Lambda}{M'}$, qua aequatione comparata cum illa $\Lambda = \frac{K}{nM}$, provenit $\frac{1}{MM'} = n$, unde:

$$\frac{dz}{\sqrt{(1-z^2)(1-k^2 z^2)}} = \frac{n\,dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2 x^2)}}.$$

Eodem modo ex aequatione $\Lambda = \frac{K}{nM}$ mutando k in $\lambda_{,}$, quo facto K in $\Lambda_{,}$, λ in k, Λ in K, $M_{,}$ in $M'_{,}$ abit, provenit $K = \frac{\Lambda_{,}}{nM'_{,}}$, qua aequatione comparata cum hac $\Lambda_{,} = \frac{K}{M_{,}}$, provenit $\frac{1}{M_{,}M'_{,}} = n$; unde videmus, duobus illis casibus post binas transformationes successive adhibitas multiplicari Argumentum per numerum n.

Ubi post transformationem Moduli k in Modulum λ Modulus λ rursus in Modulum k transformatur, ita ut Multiplicatio proveniat, hanc transformationem illius *supplementariam ad multiplicationem* seu simpliciter *supplementariam* nuncupabimus.

Apponamus cum exempli causa tum in usum sequentium formulas pro transformatione *primae supplementaria*, s. Moduli λ in Modulum k, quae erit ipsius λ secunda, eas tamen sub altera tantum forma imaginaria, cum reductio ad realem in promtu sit. Quas confestim obtinemus formulas, ubi in iis, quae supra de transformatione Moduli k secunda propositae sunt, (v. tab. II. A. §. 24) loco k ponimus λ, k loco λ, $\frac{u}{M}$ loco u, $M' = \frac{1}{nM}$ loco $M_{,}$ unde $\frac{u}{MM'} = nu$ loco $\frac{u}{M}$. In his formulis, sed in his tantum, Modulus λ valebit, nisi diserte adiectus sit Modulus k; ceterum brevitatis causa positum $y = \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right)$; numero q, ut supra, tribuendi sunt valores: 1, 2, 3, ..., $\frac{n-1}{2}$. —

FORMULAE PRO TRANSFORMATIONE MODULI λ IN MODULUM k, SEU PRIMAE SUPPLEMENTARIA.

27.

$$k = \lambda^n \left\{ \sin\operatorname{coam}\frac{2i\Lambda'}{n} \sin\operatorname{coam}\frac{4i\Lambda'}{n} \ldots\ldots \sin\operatorname{coam}\frac{(n-1)i\Lambda'}{n} \right\}^4$$

$$k' = \frac{\lambda'^n}{\left\{ \Delta\operatorname{am}\frac{2i\Lambda'}{n} \, \Delta\operatorname{am}\frac{4i\Lambda'}{n} \ldots\ldots \Delta\operatorname{am}\frac{(n-1)i\Lambda'}{n} \right\}^4}$$

$$\frac{1}{nM} = \left\{ \frac{\sin\operatorname{coam}\frac{2i\Lambda'}{n} \sin\operatorname{coam}\frac{4i\Lambda'}{n} \ldots\ldots \sin\operatorname{coam}\frac{(n-1)i\Lambda'}{n}}{\sin\operatorname{am}\frac{2i\Lambda'}{n} \sin\operatorname{am}\frac{4i\Lambda'}{n} \ldots\ldots \sin\operatorname{am}\frac{(n-1)i\Lambda'}{n}} \right\}^2$$

$$\sin\operatorname{am}(nu, k) = \frac{nMy\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{2i\Lambda'}{n}}\right)\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{4i\Lambda'}{n}}\right)\ldots\ldots\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{(n-1)i\Lambda'}{n}}\right)}{\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{i\Lambda'}{n}}\right)\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{3i\Lambda'}{n}}\right)\ldots\ldots\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{(n-2)i\Lambda'}{n}}\right)}$$

$$= \sqrt{\frac{\lambda^n}{k}} \sin\operatorname{am}\frac{u}{M} \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}+\frac{4i\Lambda'}{n}\right) \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}+\frac{8i\Lambda'}{n}\right) \ldots \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}+\frac{4(n-1)i\Lambda'}{n}\right)$$

$$\cos\operatorname{am}(nu, k) = \frac{\sqrt{1-yy}\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{coam}\frac{2i\Lambda'}{n}}\right)\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{coam}\frac{4i\Lambda'}{n}}\right)\ldots\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{coam}\frac{(n-1)i\Lambda'}{n}}\right)}{\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{i\Lambda'}{n}}\right)\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{3i\Lambda'}{n}}\right)\ldots\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{(n-2)i\Lambda'}{n}}\right)}$$

$$= \sqrt{\frac{k'\lambda^n}{k\lambda'^n}} \cos\operatorname{am}\frac{u}{M} \cos\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}+\frac{4i\Lambda'}{n}\right) \cos\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}+\frac{8i\Lambda'}{n}\right) \ldots \cos\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}+\frac{4(n-1)i\Lambda'}{n}\right)$$

$$\Delta\operatorname{am}(nu, k) = \frac{\sqrt{1-\lambda^2 yy}\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{coam}\frac{i\Lambda'}{n}}\right)\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{coam}\frac{3i\Lambda'}{n}}\right)\ldots\ldots\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{coam}\frac{(n-2)i\Lambda'}{n}}\right)}{\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{i\Lambda'}{n}}\right)\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{3i\Lambda'}{n}}\right)\ldots\ldots\left(1-\frac{yy}{\sin^2\operatorname{am}\frac{(n-2)i\Lambda'}{n}}\right)}$$

$$= \sqrt{\frac{k'}{\lambda'^n}} \Delta\operatorname{am}\frac{u}{M} \Delta\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}+\frac{4i\Lambda'}{n}\right) \Delta\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}+\frac{8i\Lambda'}{n}\right) \ldots \Delta\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}+\frac{4(n-1)i\Lambda'}{n}\right)$$

$$\sqrt{\frac{1-\sin\operatorname{am}(nu,k)}{1+\sin\operatorname{am}(nu,k)}}=\sqrt{\frac{1-y}{1+y}}\cdot\frac{\left(1-\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{2i\Lambda'}{n}}\right)\left(1-\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{4i\Lambda'}{n}}\right)\cdots\left(1-\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{(n-1)i\Lambda'}{n}}\right)}{\left(1+\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{2i\Lambda'}{n}}\right)\left(1+\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{4i\Lambda'}{n}}\right)\cdots\left(1+\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{(n-1)i\Lambda'}{n}}\right)}$$

$$\sqrt{\frac{1-k\sin\operatorname{am}(nu,k)}{1+k\sin\operatorname{am}(nu,k)}}=\sqrt{\frac{1-\lambda y}{1+\lambda y}}\cdot\frac{\left(1-\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{i\Lambda'}{n}}\right)\left(1-\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{3i\Lambda'}{n}}\right)\cdots\left(1-\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{(n-2)i\Lambda'}{n}}\right)}{\left(1+\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{i\Lambda'}{n}}\right)\left(1+\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{3i\Lambda'}{n}}\right)\cdots\left(1+\frac{y}{\sin\operatorname{coam}\frac{(n-2)i\Lambda'}{n}}\right)}$$

$$\sin\operatorname{am}(nu,k)=\frac{\lambda y}{knM}-\frac{2y}{knM}\sum\frac{\cos\operatorname{am}\frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}\,\Delta\operatorname{am}\frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}}{\sin^2\operatorname{am}\frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}-yy}$$

$$\cos\operatorname{am}(nu,k)=\frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}\lambda\sqrt{1-yy}}{knM}+\frac{2\sqrt{1-yy}}{iknM}\sum\frac{(-1)^q\sin\operatorname{am}\frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}\,\Delta\operatorname{am}\frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}}{\sin^2\operatorname{am}\frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}-yy}$$

$$\Delta\operatorname{am}(nu,k)=\frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}}{nM}\sqrt{1-\lambda^2yy}+\frac{2\sqrt{1-\lambda^2yy}}{inM}\sum\frac{(-1)^q\sin\operatorname{am}\frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}\cos\operatorname{am}\frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}}{\sin^2\operatorname{am}\frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}-yy}$$

$$\operatorname{tg}\operatorname{am}(nu,k)=\frac{\lambda'}{k'nM}\cdot\frac{y}{\sqrt{1-yy}}+\frac{2y\sqrt{1-yy}}{k'nM}\sum\frac{(-1)^q\Delta\operatorname{am}\frac{2qi\Lambda'}{n}}{\cos^2\operatorname{am}\frac{2qi\Lambda'}{n}-\Delta^2\operatorname{am}\frac{2qi\Lambda'}{n}\sin^2\operatorname{am}u}.$$

Theorema analyticum generale, transformationem illam primae supplementariam concernens, iam initio mensis Augusti a. 1827 cum Cl. Legendre communicavi, cuius etiam ille in Nota supra citata (Nova Astr. a. 1827. no. 130) mentionem iniicere voluit. Simile formularum systema pro transformatione altera secundae supplementaria s. transformatione Moduli λ, in Modulum k stabiliri potuisset. Quae omnia ut dilucidiora fiant, adiecta tabula formulas fundamentales pro transformationibus prima et secunda earum complementariis et supplementariis conspectui exponere placuit.

Nec non e numero transformationum imaginariarum una quaeque suam habet supplementariam ad Multiplicationem. Supponamus, quod licet, numeros m, m' §. 20 factorem communem non habere: sit porro $m\mu' - \mu m' = 1$, designantibus μ, μ' numeros integros positivos s. negativos. Iam si in formulis nostris generalibus de transformatione propositis §. 20 sqq. ponitur $\omega = \frac{\mu K + \mu' i K'}{n M}$, ac k et λ inter se commutantur, formulas obtines, quae ad supplementariam transformationis pertinent. Posito $m = 1$, $m' = 0$, fit $\mu = 0$, $\mu' = 1$, unde $\frac{\mu K + \mu' i K'}{n M} = \frac{i K'}{n M} = \frac{i \Lambda'}{n}$, quod primae supplementariam praebet, uti vidimus.

FORMULAE ANALYTICAE GENERALES PRO MULTIPLICATIONE FUNCTIONUM ELLIPTICARUM.

28.

E binis Transformationibus Supplementariis componere licet ipsas pro Multiplicatione formulas, s. formulas, quibus functiones ellipticae Argumenti nu per functiones ellipticas Argumenti u exprimuntur. Quod ut exemplo demonstretur, Multiplicationem e transformatione prima eiusque supplementaria componamus. Quem in finem revocetur formula:

$$\sin am\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = (-1)^{\frac{n-1}{2}} \sqrt{\frac{k^n}{\lambda}} \sin am\, u \sin am\left(u + \frac{4K}{n}\right) \sin am\left(u + \frac{8K}{n}\right) \ldots \sin am\left(u + \frac{4(n-1)K}{n}\right),$$

quam etiam hunc in modum repraesentare licet:

$$(-1)^{\frac{n-1}{2}} \sin am\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \sqrt{\frac{k^n}{\lambda}}\, \Pi \sin am\left(u + \frac{2mK}{n}\right),$$

designante m numeros $0, \pm 1, \pm 2, \ldots, \pm \frac{n-1}{2}$. In hac formula loco u ponamus $u + \frac{2m' i K'}{n}$, unde $\frac{u}{M}$ abit in $\frac{u}{M} + \frac{2m' i K'}{n} = \frac{u}{M} + \frac{2m' i \Lambda'}{n}$: prodit

$$(-1)^{\frac{n-1}{2}} \sin am\left(\frac{u}{M} + \frac{2m' i \Lambda'}{n}, \lambda\right) = \sqrt{\frac{k^n}{\lambda}}\, \Pi \sin am\left(u + \frac{2mK + 2m' i K'}{n}\right).$$

Iam ubi et ipsi m' tribuantur valores $0, \pm 1, \pm 2, \ldots, \pm \frac{n-1}{n}$, ita ut utrisque m, m' isti conveniant valores, facto producto obtinemus:

$$(-1)^{\frac{n-1}{2}} \prod \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M} + \frac{2m'i\Lambda'}{n},\ \lambda\right) = \sqrt{\frac{k^{nn}}{\lambda^n}} \prod \sin\operatorname{am}\left(u + \frac{2mK + 2m'iK'}{n}\right);$$

ubi in altero producto numero m', in altero utrique m, m' valores $0, \pm 1, \pm 2, \ldots, \pm \frac{n-1}{2}$ tribuendi sunt.

At vidimus §° praecedente, esse:

$$\sin\operatorname{am}(nu, k) = \sqrt{\frac{\lambda^n}{k}} \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}\right) \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M} + \frac{4i\Lambda'}{n}\right) \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M} + \frac{8i\Lambda'}{n}\right) \ldots \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M} + \frac{4(n-1)i\Lambda'}{n}\right) \{\operatorname{Mod} \lambda\},$$

quam ita quoque repraesentare licet formulam:

$$\sin\operatorname{am}(nu, k) = \sqrt{\frac{\lambda^n}{k}} \prod \sin\operatorname{am}\left(\frac{u}{M} + \frac{2m'i\Lambda'}{n},\ \lambda\right),$$

unde iam:

$$1)\quad \sin\operatorname{am} nu = (-1)^{\frac{n-1}{2}} \sqrt{k^{nn-1}} \prod \sin\operatorname{am}\left(u + \frac{2mK + 2m'iK'}{n}\right).$$

Eodem modo invenitur:

$$2)\quad \cos\operatorname{am} nu = \sqrt{\left(\frac{k}{k'}\right)^{nn-1}} \prod \cos\operatorname{am}\left(u + \frac{2mK + 2m'iK'}{n}\right)$$

$$3)\quad \Delta\operatorname{am} nu = \sqrt{\left(\frac{1}{k'}\right)^{nn-1}} \prod \Delta\operatorname{am}\left(u + \frac{2mK + 2m'iK'}{n}\right).$$

Quae facile etiam in hanc formam rediguntur formulae:

$$4)\quad \sin\operatorname{am} nu = n \sin\operatorname{am} u \prod \frac{\left(1 - \dfrac{\sin^2\operatorname{am} u}{\sin^2\operatorname{am} \dfrac{2mK + 2m'iK'}{n}}\right)}{\left(1 - k^2 \sin^2\operatorname{am} \dfrac{2mK + 2m'iK'}{n} \sin^2\operatorname{am} u\right)}$$

$$5)\quad \cos\operatorname{am} nu = \cos\operatorname{am} u \prod \frac{1 - \dfrac{\sin^2\operatorname{am} u}{\sin^2\operatorname{coam} \dfrac{2mK + 2m'iK'}{n}}}{1 - k^2 \sin^2\operatorname{am} \dfrac{2mK + 2m'iK'}{n} \sin^2\operatorname{am} u}$$

$$6)\quad \Delta\,\mathrm{am}\,nu = \Delta\,\mathrm{am}\,u \prod \frac{1 - k^2 \sin^2 \mathrm{coam} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} \sin^2 \mathrm{am}\, u}{1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} \sin^2 \mathrm{am}\, u}.$$

Quibus addere placet sequentes:

$$7)\quad \prod \sin^2 \mathrm{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} = \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}} n}{k^{\frac{nn-1}{2}}}$$

$$8)\quad \prod \cos^2 \mathrm{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} = \left(\frac{k'}{k}\right)^{\frac{nn-1}{2}}$$

$$9)\quad \prod \Delta^2 \mathrm{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} = k'^{\frac{nn-1}{2}}.$$

In sex formulis postremis numero m valores tantum positivi $0, 1, 2, 3, \ldots, \frac{n-1}{2}$ conveniunt, ita tamen ut quoties $m = 0$ et ipsi m' valores tantum positivi $1, 2, 3, \ldots, \frac{n-1}{2}$ tribuantur. Et has et alias pro Multiplicatione formulas iam prius Cl. *Abel* mutatis mutandis proposuit, unde nobis breviores esse licuit.

DE AEQUATIONUM MODULARIUM AFFECTIBUS.

29.

Quia eodem modo λ a k atque k a $\lambda_{,}$ nec non $\lambda'_{,}$ a k', k' a λ' pendet; patet, ubi secundum eandem legem Modulorum scalas condas, qui in se invicem transformari possunt, alteram Modulum k, alteram Complementum eius k' continentem, in iis terminos fore eodem ordine se excipientes:

$$\ldots, \lambda, k, \lambda_{,}, \ldots$$
$$\ldots, \lambda'_{,}, k', \lambda', \ldots$$

Id quod in transformationibus secundi et tertii ordinis iam prius a Cl. Legendre observatum et facto calculo confirmatum est. Similia cum de omnibus Modulis transformatis et imaginariis valeant, patet, designante λ Modulum transformatum quemlibet, aequationes algebraicas inter k et λ, seu inter $u = \sqrt[4]{k}$ et $v = \sqrt[4]{\lambda}$, quas *Aequationes Modulares* nuncupavimus, immutatas manere,

1) ubi k et λ inter se commutentur,

2) ubi k' loco k, λ' loco λ ponatur.

Alterum iam supra in aequationibus Modularibus, quae ad transformationes tertii et quinti ordinis pertinent:

$$1)\quad u^4 - v^4 + 2\,u\,v\,(1 - u^2\,v^2) = 0$$

$$2)\quad u^6 - v^6 + 5\,u^2\,v^2\,(u^2 - v^2) + 4\,u\,v\,(1 - u^4\,v^4) = 0$$

observavimus; eiusque observationis ope expressiones algebraicas pro transformationibus supplementariis exhibuimus. Ut alterum quoque his exemplis probetur, aequationes illas in alias transformemus inter $k\,k = u^8$ et $\lambda\lambda = v^8$, quod non sine calculo prolixo fit. Quo subducto obtinentur aequationes:

$$1)\quad (k^2 - \lambda^2)^4 = 128\,k^2\,\lambda^2\,(1 - k^2)\,(1 - \lambda^2)\,(2 - k^2 - \lambda^2 + 2\,k^2\,\lambda^2)$$

$$2)\quad (k^2 - \lambda^2)^6 = 512\,k^2\,\lambda^2\,(1 - k^2)\,(1 - \lambda^2)\,\left\{L - L'k^2 + L''k^4 - L'''k^6\right\},$$

siquidem in secunda ponitur:

$$\begin{aligned}
L &= 128 - 192\,\lambda^2 + 78\,\lambda^4 - 7\,\lambda^6 \\
L' &= 192 + 252\,\lambda^2 - 423\,\lambda^4 - 78\,\lambda^6 \\
L'' &= 78 + 423\,\lambda^2 - 252\,\lambda^4 - 192\,\lambda^6 \\
L''' &= 7 - 78\,\lambda^2 - 192\,\lambda^4 - 128\,\lambda^6.
\end{aligned}$$

Quae in formam multo commodiorem abeunt aequationes, introductis quantitatibus $q = 1 - 2\,k^2$, $l = 1 - 2\,\lambda^2$. Quo facto aequationes propositae evadunt:

$$1)\quad (q - l)^4 = 64\,(1 - q\,q)\,(1 - l\,l)\left\{3 + q\,l\right\}$$

$$\begin{aligned}
2)\quad (q - l)^6 &= 256\,(1 - q\,q)\,(1 - l\,l)\left\{16\,q\,l\,(9 - q\,l)^2 + 9\,(45 - q\,l)\,(q - l)^2\right\} \\
&= 256\,(1 - q\,q)\,(1 - l\,l)\left\{405\,(q\,q + l\,l) + 486\,q\,l - 9\,q\,l\,(q\,q + l\,l) - 270\,q\,q\,l\,l + 16\,q^3\,l^3\right\}.
\end{aligned}$$

Quae aequationes, ubi k' loco k, λ' loco λ ponitur, unde q in $-q$, l in $-l$ abit, immutatae manent; id quod demonstrandum erat.

Corollarium. Quia Aequationes Modulares inter $q = 1 - 2\,k^2$ et $l = 1 - 2\,\lambda^2$ propositas formam satis commodam induere vidimus, interesse potest, et ipsas functiones K, K' secundum quantitatem q evolvere. Quod non ineleganter fit per series:

$$\begin{aligned}
K = J\left(1 + \frac{q^2}{2.4} + \frac{5.5.q^4}{2.4.6.8} + \frac{5.5.9.9.q^6}{2.4.6.8.10.12} + \ldots\right) \\
- \frac{\pi}{2J}\left(\frac{q}{2} + \frac{3.3.q^3}{2.4.6} + \frac{3.3.7.7.q^5}{2.4.6.8.10} + \frac{3.3.7.7.11.11.q^7}{2.4.6.8.10.12.14} + \ldots\right)
\end{aligned}$$

$$K' = J\left(1 + \frac{q^2}{2.4} + \frac{5.5.q^4}{2.4.6.8} + \frac{5.5.9.9.q^6}{2.4.6.8.10.12} + \dots\right)$$

$$+ \frac{\pi}{2J}\left(\frac{q}{2} + \frac{3.3.q^3}{2.4.6} + \frac{3.3.7.7.q^5}{2.4.6.8.10} + \frac{3.3.7.7.11.11.q^7}{2.4.6.8.10.12.14} + \dots\right)$$

ubi brevitatis causa positum est

$$\int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{d\varphi}{\sqrt{1 - \frac{1}{2}\sin\varphi^2}} = J.$$

30.

Faciliori negotio pro transformatione tertii ordinis aequationem:

$$u^4 - v^4 + 2uv(1 - u^2v^2) = 0$$

ita transformare licet, ut correlatio illa inter Modulos et Complementa eluceat. Obtinemus enim ex illa:

$$(1 - u^4)(1 + v^4) = 1 - u^4v^4 + 2uv(1 - u^2v^2) = (1 - u^2v^2)(1 + uv)^2$$
$$(1 + u^4)(1 - v^4) = 1 - u^4v^4 - 2uv(1 - u^2v^2) = (1 - u^2v^2)(1 - uv)^2,$$

quibus in se ductis aequationibus prodit:

$$(1 - u^8)(1 - v^8) = (1 - u^2v^2)^4.$$

Iam sit:

$$1 - u^8 = k'k' = u'^8$$
$$1 - v^8 = \lambda'\lambda' = v'^8,$$

extractis radicibus fit:

$$u'^2v'^2 = 1 - u^2v^2,$$

sive

$$u^2v^2 + u'^2v'^2 = \sqrt{k\lambda} + \sqrt{k'\lambda'} = 1,$$

quam ipsam elegantissimam formulam iam Cl. Legendre exhibuit. Neque ineleganter illa per formulas nostras analyticas probatur. Quippe e quibus casu $n = 3$ fluit:

$$\lambda = k^3 \sin^4 \operatorname{coam} 4\omega; \quad \lambda' = \frac{k'^3}{\Delta^4 \operatorname{am} 4\omega},$$

unde:

$$\sqrt{k\lambda} = k^2 \sin^2 \operatorname{coam} 4\,\omega = \frac{k^2 \cos^2 \operatorname{am} 4\,\omega}{\Delta^2 \operatorname{am} 4\,\omega}$$

$$\sqrt{k'\lambda'} = \frac{k'^2}{\Delta^2 \operatorname{am} 4\,\omega},$$

unde cum sit:

$$k'k' + kk \cos^2 \operatorname{am} 4\,\omega = 1 - kk \sin^2 \operatorname{am} 4\,\omega = \Delta^2 \operatorname{am} 4\,\omega,$$

obtinemus, quod demonstrandum erat:

$$\sqrt{k\lambda} + \sqrt{k'\lambda'} = 1.$$

Ut exemplo secundo simpliciorem inter u, v, u′, v′ eruam aequationem, ita ago. Aequationem propositam:

$$u^6 - v^6 + 5\,u^2 v^2 (u^2 - v^2) + 4\,u v (1 - u^4 v^4) = 0$$

exhibeo, ut sequitur:

$$(u^2 - v^2)(u^4 + 6\,u^2 v^2 + v^4) + 4\,u v (1 - u^4 v^4) = 0,$$

quam facile patet induere posse formas duas sequentes:

$$(u^2 - v^2)(u + v)^4 = -4\,u v (1 - u^4)(1 + v^4)$$
$$(u^2 - v^2)(u - v)^4 = -4\,u v (1 + u^4)(1 - v^4),$$

quibus in se ductis aequationibus prodit:

$$(u^2 - v^2)^6 = 16\,u^2 v^2 (1 - u^8)(1 - v^8) = 16\,u^2 v^2 u'^8 v'^8.$$

Quia simul, ut supra probatum est, u^8 in u'^8, v^8 in v'^8 abit, obtinemus etiam:

$$(v'^2 - u'^2)^6 = 16\,u'^2 v'^2 (1 - u'^8)(1 - v'^8) = 16\,u'^2 v'^2 u^8 v^8.$$

Hinc facta divisione et extractis radicibus, eruitur:

$$\frac{u^2 - v^2}{v'^2 - u'^2} = \frac{u'v'}{u v}, \quad \text{sive } u v (u^2 - v^2) = u'v'(v'^2 - u'^2),$$

sive

$$\sqrt[4]{k\lambda}\,(\sqrt{k} - \sqrt{\lambda}) = \sqrt[4]{k'\lambda'}\,(\sqrt{\lambda'} - \sqrt{k'}).$$

31.

Alia adhuc aequationum Modularium

$$u^4 - v^4 + 2uv(1 - u^2v^2) = 0$$
$$u^6 - v^6 + 5u^2v^2(u^2 - v^2) + 4uv(1 - u^4v^4) = 0$$

insignis proprietas vel ipso intuitu invenitur, viz. immutatas eas manere, siquidem loco u, v ponatur $\frac{1}{u}$, $\frac{1}{v}$. Quod ut generaliter de aequationibus Modularibus demonstretur, adnotentur sequentia, quae ad alias etiam quaestiones usui esse possunt.

Ubi ponitur $y = kx$, obtinetur:

$$\frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = \frac{k\,dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}},$$

unde cum simul $x = 0$, $y = 0$:

$$\int_0^y \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = k\int_0^x \frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}.$$

Hinc posito

$$\int_0^x \frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}} = u, \text{ fit:}$$

$$\int_0^y \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = ku,$$

unde $x = \sin \operatorname{am}(u, k)$, $y = \sin \operatorname{am}\left(ku, \frac{1}{k}\right)$. Hinc provenit aequatio:

$$\sin \operatorname{am}\left(ku, \frac{1}{k}\right) = k \sin \operatorname{am}(u, k), \text{ unde etiam}$$

$$\cos \operatorname{am}\left(ku, \frac{1}{k}\right) = \Delta \operatorname{am}(u, k)$$

$$\Delta \operatorname{am}\left(ku, \frac{1}{k}\right) = \cos \operatorname{am}(u, k)$$

$$\operatorname{tg} \operatorname{am}\left(ku, \frac{1}{k}\right) = \frac{k}{k'} \cos \operatorname{coam}(u, k)$$

$$\sin\operatorname{coam}\left(k u, \frac{1}{k}\right) = \frac{1}{\sin\operatorname{coam}(u, k)}$$

$$\cos\operatorname{coam}\left(k u, \frac{1}{k}\right) = i k' \operatorname{tg}\operatorname{am}(u, k)$$

$$\Delta\operatorname{coam}\left(k u, \frac{1}{k}\right) = \frac{i k'}{k \cos\operatorname{am}(u, k)}$$

$$\operatorname{tg}\operatorname{coam}\left(k u, \frac{1}{k}\right) = \frac{-i}{\cos\operatorname{coam}(u, k)}$$

Porro ponendo $i u$ loco u, quia Complementum Moduli $\frac{1}{k}$ fit $\frac{i k'}{k}$, obtinemus adiumento formularum §^i 19:

$$\sin\operatorname{am}\left(k u, \frac{i k'}{k}\right) = \cos\operatorname{coam}(u, k')$$

$$\cos\operatorname{am}\left(k u, \frac{i k'}{k}\right) = \sin\operatorname{coam}(u, k')$$

$$\Delta\operatorname{am}\left(k u, \frac{i k'}{k}\right) = \frac{1}{\Delta\operatorname{am}(u, k)}$$

$$\operatorname{tg}\operatorname{am}\left(k u, \frac{i k'}{k}\right) = \operatorname{cotg}\operatorname{coam}(u, k')$$

$$\sin\operatorname{coam}\left(k u, \frac{i k'}{k}\right) = \cos\operatorname{am}(u, k')$$

$$\cos\operatorname{coam}\left(k u, \frac{i k'}{k}\right) = \sin\operatorname{am}(u, k')$$

$$\Delta\operatorname{coam}\left(k u, \frac{i k'}{k}\right) = \frac{\Delta\operatorname{am}(u, k')}{k}$$

$$\operatorname{tg}\operatorname{coam}\left(k u, \frac{i k'}{k}\right) = \operatorname{cotg}\operatorname{am}(u, k').$$

Iam investigemus, quaenam evadant K, K' seu arg. am $\left(\frac{\pi}{2}, k\right)$, arg. am $\left(\frac{\pi}{2}, k'\right)$, siquidem loco k ponitur $\frac{1}{k}$; seu investigemus valorem expressionum arg. am $\left(\frac{\pi}{2}, \frac{1}{k}\right)$, arg. am $\left(\frac{\pi}{2}, \frac{i k'}{k}\right)$, quae expressiones e notatione a Cl. Legendre adhibita forent $F^{I}\left(\frac{1}{k}\right)$, $F^{I}\left(\frac{i k'}{k}\right)$. Fit autem primum:

$$\arg\operatorname{am}\left(\frac{\pi}{2}, \frac{1}{k}\right) = \int_0^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = \int_0^k \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} + \int_k^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}}.$$

Posito $y = kx$, fit

$$\int_0^k \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = k\int_0^1 \frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}} = kK.$$

Ut alterum eruatur integrale $\int_k^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}}$, ponamus $y = \sqrt{1-k'k'x^2}$, unde $\frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(\frac{y^2}{k^2}-1\right)}} = \frac{-k\,dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k'k'x^2)}}$. Iam quia x inde a 0 usque ad 1 crescit, simul atque y inde a 1 usque k decrescit, obtinemus:

$$\int_k^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = -i\int_k^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(\frac{y^2}{k^2}-1\right)}} = i\int_0^1 \frac{k\,dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k'k'x^2)}} = ikK'.$$

Hinc prodit $\arg.\,\mathrm{am}\left(\frac{\pi}{2}, \frac{1}{k}\right) = k\left\{\arg.\,\mathrm{am}\left(\frac{\pi}{2}, k\right) + i\arg.\,\mathrm{am}\left(\frac{\pi}{2}, k'\right)\right\} = k\{K + iK'\}$, sive ubi k in $\frac{1}{k}$ mutatur, abit K in $k\{K + iK'\}$.

Posito secundo loco $y = \cos\varphi$, fit:

$$\int_0^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1+\frac{k'k'}{kk}y^2\right)}} = k\int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{d\varphi}{\sqrt{1-k'k'\sin\varphi^2}} = kK', \text{ unde:}$$

$$\arg.\,\mathrm{am}\left(\frac{\pi}{2}, \frac{ik'}{k}\right) = k\arg.\,\mathrm{am}\left(\frac{\pi}{2}, k'\right) = kK',$$

seu ubi k in $\frac{1}{k}$ mutatur, abit K' in kK'.

Generaliter igitur mutato k in $\frac{1}{k}$ abit $mK + im'K'$ in $k\{mK + (m+m')iK'\}$, unde $\sin\mathrm{coam}\left\{\frac{p(mK+m'iK'}{n}, k\right\}$ in $\sin\mathrm{coam}\left\{\frac{kp(mK+(m+m')iK')}{n}, \frac{1}{k}\right\}$, id quod e formula $\sin\mathrm{coam}\left(ku, \frac{1}{k}\right) = \frac{1}{\sin\mathrm{coam}(u, k)}$ fit:

$$\sin\mathrm{coam}\left\{\frac{k'p(mK+(m+m')iK')}{n}, \frac{1}{k}\right\} = \frac{1}{\sin\mathrm{coam}\left\{\frac{p(mK+(m+m')iK')}{n}, k\right\}}.$$

Iam igitur, posito $\frac{mK+m'iK'}{n}=\omega$, $\frac{mK+(m+m')iK'}{n}=\omega_{,}$ expressio

$$\lambda = k^n \left\{\sin\text{coam}\, 2\omega \sin\text{coam}\, 4\omega \sin\text{coam}\, 6\omega \ldots\ldots \sin\text{coam}\,(n-1)\omega\right\}^4,$$

mutato k in $\frac{1}{k}$ in hanc abit:

$$\frac{1}{k^n\left\{\sin\text{coam}\, 2\omega_{,} \sin\text{coam}\, 4\omega_{,} \sin\text{coam}\, 6\omega_{,} \ldots \sin\text{coam}\,(n-1)\omega\right\}^4} = \frac{1}{\mu},$$

ubi μ et ipsa est radix aequationis Modularis, seu e Modulorum numero, in quos per transformationem n^{ti} ordinis Modulum propositum k transformare licet. Namque e valoribus, quos ω induere potest, ut prodeat Modulus transformatus, erit etiam ille $\omega_{,}$. Unde iam causa patet, cur generaliter Aequationes Modulares mutato k in $\frac{1}{k}$, λ in $\frac{1}{\lambda}$ immutatae manere debeant.

Adnotabo adhuc, ubi secundum eandem transformationis legem quampiam simul transformatur k in $k^{(m)}$, λ in $\lambda^{(m)}$, quoties $k^{(m)}$ loco k ponatur, etiam λ in $\lambda^{(m)}$ abire; unde aequationes Modulares ubi simul k in $k^{(m)}$, λ in $\lambda^{(m)}$ mutatur, immutatae manere debent. Ita ex. g. aequatio $\sqrt{k\lambda}+\sqrt{k'\lambda'}=1$, quae est pro transformatione tertii ordinis immutata manere debet, ubi loco k, λ resp. ponitur $\frac{1-k'}{1+k'}$, $\frac{1-\lambda'}{1+\lambda'}$, unde loco k', λ' ponetur $\frac{2\sqrt{k'}}{1+k'}$, $\frac{2\sqrt{\lambda'}}{1+\lambda'}$, id quod per transformationem secundi ordinis fieri notum est. Quippe aequatio $\sqrt{k\lambda}+\sqrt{k'\lambda'}=1$ in hanc abit:

$$\sqrt{\frac{(1-k')(1-\lambda')}{(1+k')(1+\lambda')}} + \frac{2\sqrt[4]{k'\lambda'}}{\sqrt{(1+k')(1+\lambda')}} = 1, \quad \text{sive}$$

$$2\sqrt[4]{k'\lambda'} = \sqrt{(1+k')(1+\lambda')} - \sqrt{(1-k')(1-\lambda')}.$$

Qua in se ipsa ducta prodit:

$$4\sqrt{k'\lambda'} = 2(1+k'\lambda') - 2k\lambda, \quad \text{sive } k\lambda = 1+k'\lambda' - 2\sqrt{k'\lambda'},$$

quae extractis radicibus in propositam redit:

$$\sqrt{k\lambda} = 1-\sqrt{k'\lambda'} \quad \text{sive} \quad \sqrt{k\lambda}+\sqrt{k'\lambda'} = 1.$$

Quod exemplum iam a Cl. Legendre propositum est. Generaliter autem de compositione transformationum probari potest, transformationibus duabus aut pluribus successive adhibitis, ad eandem perveniri, quocunque illae adhibeantur ordine.

32.

At inter affectus Aequationum Modularium id maxime memorabile ac singulare mihi videor animadvertere, *quod eidem omnes Aequationi Differentiali Tertii Ordinis satisfaciant.* Cuius tamen investigatio paullo longius repetenda erit.

Satis notum est *), posito $aK + bK' = Q$, fore:

$$k(1-k^2)\frac{d^2Q}{dk^2} + (1-3k^2)\frac{dQ}{dk} = kQ,$$

designantibus a, b Constantes quaslibet. Ita etiam posito $a'K + b'K' = Q'$, designantibus a', b' alias Constantes quaslibet, erit

$$k(1-k^2)\frac{d^2Q'}{dk^2} + (1-3k^2)\frac{dQ'}{dk} = kQ'.$$

Quibus combinatis aequationibus, obtinetur:

$$k(1-k^2)\left\{Q\frac{d^2Q'}{dk^2} - Q'\frac{d^2Q}{dk^2}\right\} + (1-3k^2)\left\{Q\frac{dQ'}{dk} - Q'\frac{dQ}{dk}\right\} = 0,$$

unde integratione facta:

$$k(1-k^2)\left\{Q\frac{dQ'}{dk} - Q'\frac{dQ}{dk}\right\} = (ab'-a'b)k(1-k^2)\left\{K\frac{dK'}{dk} - K'\frac{dK}{dk}\right\} = (ab'-a'b)\,C.$$

Constans C a Cl. Legendre e casu speciali inventa est $= -\frac{\pi}{2}$, unde iam

$$Q\frac{dQ'}{dk} - Q'\frac{dQ}{dk} = \frac{-\frac{1}{2}\pi(ab'-a'b)}{k(1-k^2)}, \quad \text{sive}$$

$$d\frac{Q'}{Q} = \frac{-\frac{1}{2}\pi(ab'-a'b)\,dk}{k(1-k^2)QQ}.$$

Similiter designante λ alium Modulum quemlibet, erit posito $\alpha\Lambda + \beta\Lambda' = L$, $\alpha'\Lambda + \beta'\Lambda' = L'$,

$$d\frac{L'}{L} = \frac{-\frac{1}{2}\pi(\alpha\beta'-\alpha'\beta)\,d\lambda}{\lambda(1-\lambda^2)LL}.$$

Sit λ Modulus in quem k per transformationem primam n^{ti} ordinis transformatur; sit porro $Q = K$, $Q' = K'$, $L = \Lambda$, $L' = \Lambda'$; erit:

$$\frac{L'}{L} = \frac{\Lambda'}{\Lambda} = \frac{nK'}{K} = \frac{nQ'}{Q},$$

*) Cf. Legendre Traité des F. E. Tom. I. Cap. XIII.

unde

$$\frac{n\,dk}{k(1-k^2)KK} = \frac{d\lambda}{\lambda(1-\lambda^2)\Lambda\Lambda}.$$

Invenimus autem pro ea transformatione $\Lambda = \frac{K}{uM}$, unde iam:

$$MM = \frac{1}{n}\cdot\frac{\lambda(1-\lambda^2)dk}{k(1-k^2)d\lambda}.$$

In transformatione secunda vidimus esse $\frac{\Lambda'_{,}}{\Lambda_{,}} = \frac{1}{n}\frac{K'}{K}$, $\Lambda_{,} = \frac{K}{M_{,}}$, unde:

$$\frac{dk}{k(1-k^2)KK} = \frac{n\,d\lambda_{,}}{\lambda_{,}(1-\lambda_{,}^2)\Lambda_{,}\Lambda_{,}},$$

unde et hic:

$$M_{,}M_{,} = \frac{1}{n}\cdot\frac{\lambda_{,}(1-\lambda_{,}^2)dk}{k(1-k^2)d\lambda_{,}}.$$

Generaliter autem, quicunque sit Modulus λ, sive realis sive imaginarius, in quem per transformationem n^{ti} ordinis transformari potest Modulus propositus k, valebit aequatio:

$$MM = \frac{1}{n}\cdot\frac{k(1-k^2)d\lambda}{\lambda(1-\lambda^2)dk}.$$

Quod ut probetur, adnotabo generaliter obtineri aequationes formae:

$$\alpha\Lambda + i\beta\Lambda' = \frac{aK+ibK'}{nM}$$

$$\alpha'\Lambda' + i\beta'\Lambda = \frac{a'K'+ib'K}{nM},$$

designantibus a, a', α, α' numeros impares, b, b', β, β' numeros pares, utrosque positivos vel negativos eiusmodi, ut sit $aa'+bb'=1$, $\alpha\alpha'+\beta\beta'=1$ *). Hinc posito:

$$aK+ibK' = Q,\quad a'K'+ib'K = Q'$$
$$\alpha\Lambda+i\beta\Lambda' = L,\quad \alpha'\Lambda'+i\beta'\Lambda = L',$$

obtinemus, quia $aa'+bb'=1$, $\alpha\alpha'+\beta\beta'=1$:

$$d\frac{Q'}{Q} = \frac{-n\pi\,dk}{2k(1-k^2)QQ},\quad d\frac{L'}{L} = \frac{-\pi\,d\lambda}{2\lambda(1-\lambda^2)LL},$$

*) Accuratior numerorum a, a', b, b' cet. cet. determinatio pro singulis eiusdem ordinis transformationibus gravibus laborare difficultatibus videtur. Immo haec determinatio, nisi egregie fallimur, maxime a limitibus pendet, inter quos Modulus k versatur, ita ut pro limitibus diversis plane alia evadat. Id quod quam intricatam reddat quaestionem, expertus cognoscet. Ante omnia autem accuratius in naturam Modulorum imaginariorum inquirendum esse videtur, quae adhuc tota iacet quaestio.

unde cum sit: $\frac{Q'}{Q} = \frac{L'}{L}$, $L = \frac{Q}{nM}$, generaliter fit:

$$MM = \frac{1}{n} \cdot \frac{\lambda(1-\lambda^2)\,dk}{k(1-k^2)\,d\lambda}.$$

Adnotabo adhuc, aequationem inventam ita quoque exhiberi posse:

$$MM = \frac{1}{n} \cdot \frac{\lambda^2(1-\lambda^2)\,d(k^2)}{k^2(1-k^2)\,d(\lambda^2)} = \frac{1}{n} \cdot \frac{\lambda'^2(1-\lambda'^2)\,d(k'^2)}{k'^2(1-k'^2)\,d(\lambda'^2)},$$
quae eadem est atque formula 2) §. 50. Hinc, posito $\Pi(K, a) = \Pi^1(a)$, evanescente $\Pi(a, K)$, $Z(K)$, fit:

$$\Pi^1(a) = K Z(a),$$

quae est Cl[i] Legendre, quam supra exhibuimus 3) §. 50, formula.

Posito $u = a$, e 3) fit:

$$5)\quad \Pi(a, a) = a Z(a) + \frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(0)}{\Theta(2a)} = a Z(a) - \frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(2a)}{\Theta(0)}.$$

Videmus igitur, Transcendentem novam sive per Integrale $\int \frac{E(\varphi).d\varphi}{\Delta(\varphi)}$ definiri posse ope formulae:

$$6)\quad \frac{\Theta(u)}{\Theta(0)} = e^{\int_0^u du.Z(u)} = e^{\int_0^\varphi \frac{F^1 E(\varphi) - E^1 F(\varphi)}{F^1 \Delta(\varphi)}.d\varphi},$$

sive per Integrale definitum tertiae speciei ope formulae:

$$7)\quad \frac{\Theta(2a)}{\Theta(0)} = e^{2a Z(a) - 2\Pi(a, a)}.$$

E formula 5) nanciscimur:

$$\frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(u-a)}{\Theta(u+a)} = \frac{u-a}{2}.Z\left(\frac{u-a}{2}\right) - \Pi\left(\frac{u-a}{2}, \frac{u-a}{2}\right)$$
$$- \frac{u+a}{2}.Z\left(\frac{u+a}{2}\right) + \Pi\left(\frac{u+a}{2}, \frac{u+a}{2}\right),$$

unde 8) in hanc abit formulam:

$$8)\quad \Pi(u, a) = u Z(a) + \frac{u-a}{2}.Z\left(\frac{u-a}{2}\right) - \frac{u+a}{2}.Z\left(\frac{u+a}{2}\right)$$
$$- \Pi\left(\frac{u-a}{2}, \frac{u-a}{2}\right) + \Pi\left(\frac{u+a}{2}, \frac{u+a}{2}\right),$$

quae est pro reductione Integralis t. sp. indefiniti ad definita, atque cum Theor. II. §. 50. convenit.

COROLLARIUM.

Uti iam supra ex evolutionibus inventis Algorithmos ad computum idoneos deduximus, minus ut nova proferantur, quam quo melius earum perspiciatur natura: idem rursus agamus de inventa evolutione functionis

$$\frac{\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)}{\Theta(0)} = e^{\int_0^{\varphi}\frac{F^1E(\varphi)-E^1F(\varphi)}{F^1\Delta(\varphi)}.d\varphi} =$$
$$\frac{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\dots}{\{(1-q)(1-q^3)(1-q^5)\dots\}}.$$

Quem in finem antemittamus sequentia.

Ponatur productum infinitum:

$$T = \left(\frac{1-q}{1+q}\right)\left(\frac{1-q^2}{1+q^2}\right)^{\frac{1}{2}}\left(\frac{1-q^4}{1+q^4}\right)^{\frac{1}{4}}\left(\frac{1-q^8}{1+q^8}\right)^{\frac{1}{8}}\dots,$$

siquidem iteratis vicibus substituitur:

$$(1-q^2) = (1-q)(1+q),\ (1-q^4) = (1-q^2)(1+q^2),\ (1-q^8) = (1-q^4)(1+q^4),\ \dots,$$

prodit:

$$T = (1-q)\left(\frac{1-q}{1+q}\right)^{\frac{1}{2}}\left(\frac{1-q^2}{1+q^2}\right)^{\frac{1}{4}}\left(\frac{1-q^4}{1+q^4}\right)^{\frac{1}{8}}\left(\frac{1-q^8}{1+q^8}\right)^{\frac{1}{16}}\dots$$

$$= \left(1-q\right)\left(1-q\right)^{\frac{1}{2}}\left(\frac{1-q}{1+q}\right)^{\frac{1}{4}}\left(\frac{1-q^2}{1+q^2}\right)^{\frac{1}{8}}\left(\frac{1-q^4}{1+q^4}\right)^{\frac{1}{16}}\cdots$$

$$= \left(1-q\right)\left(1-q\right)^{\frac{1}{2}}\left(1-q\right)^{\frac{1}{4}}\left(\frac{1-q}{1+q}\right)^{\frac{1}{8}}\left(\frac{1-q^2}{1+q^2}\right)^{\frac{1}{16}}\cdots$$

$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot\ ,$$

unde videmus, fore:

$$1)\quad T = (1-q)(1-q)^{\frac{1}{2}}(1-q)^{\frac{1}{4}}(1-q)^{\frac{1}{8}}(1-q)^{\frac{1}{16}}\cdots = (1-q)^2.$$

Sive etiam cum sit:

$$T = \left(\frac{1-q}{1+q}\right)\left(\frac{1-q^2}{1+q^2}\right)^{\frac{1}{2}}\left(\frac{1-q^4}{1+q^4}\right)^{\frac{1}{4}}\left(\frac{1-q^8}{1+q^8}\right)^{\frac{1}{8}}\cdots$$

$$= \left(1-q\right)\left(\frac{1-q}{1+q}\right)^{\frac{1}{2}}\left(\frac{1-q^2}{1+q^2}\right)^{\frac{1}{4}}\left(\frac{1-q^4}{1+q^4}\right)^{\frac{1}{8}}\cdots,$$

fit $T = (1-q)\sqrt{T}$, unde $T = (1-q)^2$.

Ex 1) fit:

$$2)\quad 1-q = \left(\frac{1-q}{1+q}\right)^{\frac{1}{2}}\left(\frac{1-q^2}{1+q^2}\right)^{\frac{1}{4}}\left(\frac{1-q^4}{1+q^4}\right)^{\frac{1}{8}}\cdots,$$

qua in formula loco q successive ponamus q, q^3, q^5, q^7, . ., et instituamus infinitam multiplicationem. Advocata formula supra exhibita:

$$\sqrt[4]{k'} = \left(\frac{1-q}{1+q}\right)\left(\frac{1-q^3}{1+q^3}\right)\left(\frac{1-q^5}{1+q^5}\right)\left(\frac{1-q^7}{1+q^7}\right)\cdots,$$

prodit:

$$(1-q)(1-q^3)(1-q^5)(1-q^7)\cdots = \{k'\}^{\frac{1}{8}}\{k^{(2)'}\}^{\frac{1}{16}}\{k^{(4)'}\}^{\frac{1}{32}}\cdots$$

siquidem designamus, ut supra per $k^{(n)'}$ quantitatem, quae eodem modo a q^n pendet atque k' a q, sive Complementum Moduli per transformationem primam n^{ti} ordinis eruti.

Porro invenimus §. 36:

$$\left\{(1-q)(1-q^3)(1-q^5)(1-q^7)\,.\,.\right\}^6 = \frac{2\sqrt[4]{q}\,.\,k'}{\sqrt{k}},$$

unde iam:

$$3)\quad q = e^{\frac{-\pi K'}{K}} = \frac{kk}{16k'}\left\{k^{(2)'}\right\}^{\frac{3}{2}}\left\{k^{(4)'}\right\}^{\frac{3}{4}}\left\{k^{(8)'}\right\}^{\frac{3}{8}}\cdots$$

Posito $m = 1$, $n = k'$; $\frac{m+n}{2} = m'$, $\sqrt{mn} = n'$; $\frac{m'+n'}{2} = m''$, $\sqrt{m'n'} = n''$, cet.; notum est fieri $k^{(2)\prime} = \frac{n'}{m'}$, $k^{(4)\prime} = \frac{n''}{m''}$, $k^{(8)\prime} = \frac{n'''}{m'''}$, cet., unde:

$$4)\quad q = \frac{mm - nn}{16\,mn} \cdot \left\{ \left(\frac{n'}{m'}\right)^{\frac{1}{2}} \left(\frac{n''}{m''}\right)^{\frac{1}{4}} \left(\frac{n'''}{m'''}\right)^{\frac{1}{8}} \cdots \right\}^{3}.$$

Hinc etiam fluit, designante $\mu = \frac{\pi}{2K}$ limitem communem, ad quem quantitates $m^{(p)}$, $n^{(p)}$ convergunt:

$$5)\quad K' = \frac{1}{2\mu} \left\{ \log \frac{16\,mn}{mn - nn} + \frac{3}{2} \log \frac{m'}{n'} + \frac{3}{4} \log \frac{m''}{n''} + \frac{3}{8} \log \frac{m'''}{n'''} + \cdots \right\},$$

quae formulae computum expeditissimum suppeditant. Docet 5), quomodo ex eadem quantitatum serie, quam ad inveniendum valorem functionis K calculatam habere debes, ipsius etiam K′ valor confestim proveniat.

Formulam 3) transformemus. Fit, ut notum est:

$$k' = \frac{1 - k^{(2)}}{1 + k^{(2)}}; \quad k = \frac{2\sqrt{k^{(2)}}}{1 + k^{(2)}}, \text{ unde } \frac{kk}{k'} = \frac{4\,k^{(2)}}{k^{(2)\prime}\,k^{(2)\prime}}.$$

Hinc obtinemus, siquidem iteratis vicibus simul loco k substituimus $k^{(2)}$ atque radicem quadraticam extrahimus:

$$\frac{kk}{16\,k'} \cdot \left\{ k^{(2)\prime} \right\}^{\frac{3}{2}} = \left\{ \frac{k^{(2)}\,k^{(2)}}{16\,k^{(2)\prime}} \right\}^{\frac{1}{2}}$$

$$\left\{ \frac{k^{(2)}\,k^{(2)}}{16\,k^{(2)\prime}} \right\}^{\frac{1}{2}} \left\{ k^{(4)\prime} \right\}^{\frac{3}{4}} = \left\{ \frac{k^{(4)}\,k^{(4)}}{16\,k^{(4)\prime}} \right\}^{\frac{1}{4}}$$

$$\left\{ \frac{k^{(4)}\,k^{(4)}}{16\,k^{(4)\prime}} \right\}^{\frac{1}{4}} \left\{ k^{(8)\prime} \right\}^{\frac{3}{8}} = \left\{ \frac{k^{(8)}\,k^{(8)}}{16\,k^{(8)\prime}} \right\}^{\frac{1}{8}}$$

$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot\,,$$

unde posito $p = 2^m$:

$$\frac{kk}{16\,k'} \cdot \left\{ k^{(2)\prime} \right\}^{\frac{3}{2}} \left\{ k^{(4)} \right\}^{\frac{3}{4}} \left\{ k^{(8)\prime} \right\}^{\frac{3}{8}} \cdot\cdot \left\{ k^{(p)} \right\}^{\frac{3}{p}} = \left\{ \frac{k^{(p)}\,k^{(p)}}{16\,k^{(p)\prime}} \right\}^{\frac{1}{p}}.$$

Hinc videmus e formula 3), $q = e^{\frac{-\pi K'}{K}}$ limitem fore expressionis $\left\{ \frac{k^{(p)}\,k^{(p)}}{16} \right\}^{\frac{1}{p}}$, crescente m seu p in infinitum, quod est theorema a Cl° Legendre inventum.

Nec non vel ipso intuitu formulae a nobis exhibitae:

$$k = 4\sqrt{q}\left\{\frac{(1+q^2)(1+q^4)(1+q^6)(1+q^8)\dots}{(1+q)(1+q^3)(1+q^5)(1+q^7)\dots}\right\}^4$$

patet, neglectis quantitatibus ordinis q^p, fore:

$$q = \sqrt[p]{\frac{k^{(p)}k^{(p)}}{16}},$$

quod cum dicto theoremate convenit.

Iam in formula nostra

$$1-q = \left\{\frac{1-q}{1+q}\right\}^{\frac{1}{2}}\left\{\frac{1-q^2}{1+q^2}\right\}^{\frac{1}{4}}\left\{\frac{1-q^4}{1+q^4}\right\}^{\frac{1}{8}}\dots$$

loco q substituamus successive duplicem quantitatum seriem:

$$\begin{array}{l} qe^{2ix},\ q^3e^{2ix},\ q^5e^{2ix},\ q^7e^{2ix},\ \dots \\ qe^{-2ix},\ q^3e^{-2ix},\ q^5e^{-2ix},\ q^7e^{-2ix},\ \dots, \end{array}$$

et infinitam instituamus multiplicationem. Advocetur formula $\S^i$ 36:

$$\frac{\Delta\,\mathrm{am}\,\frac{2Kx}{\pi}}{\sqrt{k'}} = \frac{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\dots}{(1+2q\cos 2x+q^2)(1+2q^3\cos 2x+q^6)(1+2q^5\cos 2x+q^{10})\dots},$$

ac designemus per $\Delta^{(p)}$ expressionem

$$\frac{\Delta\,\mathrm{am}\,\frac{2pK^{(p)}x}{\pi}}{\sqrt{k^{(p)\prime}}} = \frac{(1-2q^p\cos 2px+q^{2p})(1-2q^{3p}\cos 2px+q^{6p})(1-2q^{5p}\cos 2px+q^{10p})\dots}{(1+2q^p\cos 2px+q^{2p})(1+2q^{3p}\cos 2px+q^{6p})(1+2q^{5p}\cos 2px+q^{10p})\dots},$$

provenit:

$$\Delta^{\frac{1}{2}}\,\Delta^{(2)\frac{1}{4}}\,\Delta^{(4)\frac{1}{8}}\,\Delta^{(8)\frac{1}{16}}\dots = \frac{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\dots}{\{(1-q)(1-q^3)(1-q^5)\dots\}^2}.$$

Factorem constantem, quem adiecimus, $\frac{1}{(1-q)^2(1-q^3)^2(1-q^5)^2\dots}$, ex supra inventis sive eo determinavimus, quod utraque expressio, posito $x=0$, unitati aequalis evadat. Iam vero invenimus:

$$\frac{\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)}{\Theta(0)} = \frac{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\dots}{\{(1-q)(1-q^3)(1-q^5)\dots\}^2},$$

unde

$$\frac{\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)}{\Theta(0)} = \Delta^{\frac{1}{2}}.\Delta^{(2)\frac{1}{4}}.\Delta^{(4)\frac{1}{8}}.\Delta^{(8)\frac{1}{16}}\dots$$

Hinc posito $\frac{2Kx}{\pi} = u$, $\text{am}\, u = \phi$, et advocatis formulis, quas Cl. Legendre de transformatione secundi ordinis proposuit, nanciscimur sequens, quod computum expeditum functionis Θ suppeditat,

THEOREMA.

Ponatur $\text{am}(u) = \phi$, $m = 1$, $n = k'$, $\Delta(\phi) = \sqrt{mm\cos^2\phi + nn\sin^2\phi} = \Delta$, et calculetur series quantitatum:

$$m' = \frac{m+n}{2},\quad m'' = \frac{m'+n'}{2},\quad m''' = \frac{m''+n''}{2},\ \ldots$$

$$n' = \sqrt{mn}\ ,\quad n'' = \sqrt{m'n'}\ ,\quad n''' = \sqrt{m''n''}\ ,\ \ldots$$

$$\Delta' = \frac{\Delta\Delta + n'n'}{2\Delta},\ \Delta'' = \frac{\Delta'\Delta' + n''n''}{2\Delta'},\ \Delta''' = \frac{\Delta''\Delta'' + n'''n'''}{2\Delta''},\ldots,$$

erit:

$$\frac{\Theta(u)}{\Theta(0)} = e^{\int_0^{\varphi} \frac{F^1 E(\varphi) - E^1 F(\varphi)}{F^1 \Delta(\varphi)} . d\varphi} = \left\{\frac{\Delta}{m}\right\}^{\frac{1}{2}} . \left\{\frac{\Delta'}{m'}\right\}^{\frac{1}{4}} . \left\{\frac{\Delta''}{m''}\right\}^{\frac{1}{8}} . \left\{\frac{\Delta'''}{m'''}\right\}^{\frac{1}{16}} \ldots$$

Cuius theorematis absque evolutionum consideratione per formulas notas ac finitas demonstrandi negotio, cum in promptu sit, supersedemus.

DE ADDITIONE ARGUMENTORUM ET PARAMETRI ET AMPLITUDINIS IN TERTIA SPECIE INTEGRALIUM ELLIPTICORUM.

53.

Formulam in Analysi Functionis Θ fundamentalem, et cuius nobis in sequentibus frequentissimus usus erit, nanciscimur consideratione sequente. Etenim quia positum est:

$$\Pi(u, a) = \int_0^u \frac{k^2 \sin\text{am}\, a \cos\text{am}\, a\, \Delta\text{am}\, a\ .\ \sin^2\text{am}\, u\ .\ du}{1 - k^2 \sin^2\text{am}\, a\ .\ \sin^2\text{am}\, u},$$

fit:

$$\frac{d\Pi(u, a)}{du} = \frac{k^2 \sin\text{am}\, a \cos\text{am}\, a\, \Delta\text{am}\, a\ .\ \sin^2\text{am}\, u}{1 - k^2 \sin^2\text{am}\, a\ .\ \sin^2\text{am}\, u}.$$

Qua formula secundum a integrata ab $a = 0$ usque ad $a = a$, prodit:

$$1)\quad \int_0^a da \cdot \frac{d\Pi(u,a)}{du} = -\frac{1}{2}\log(1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, a \sin^2 \mathrm{am}\, u).$$

Fit autem e 3) §. 52:

$$2)\quad \frac{d\Pi(u,a)}{du} = Z(a) + \frac{1}{2}\frac{\Theta'(u-a)}{\Theta(u-a)} - \frac{1}{2}\frac{\Theta'(u+a)}{\Theta(u+a)},$$

unde:

$$\int_0^a da \cdot \frac{d.\Pi(u,a)}{du} = \log . \frac{\Theta(a)}{\Theta(0)} - \frac{1}{2}\log\Theta(u-a) - \frac{1}{2}\log\Theta(u+a) + \log\Theta(u),$$

quibus substitutis, dum a logarithmis ad numeros tranis, e 1) obtines:

$$3)\quad \Theta(u+a)\Theta(u-a) = \left\{\frac{\Theta u . \Theta a}{\Theta 0}\right\}^2 (1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, a . \sin^2 \mathrm{am}\, u).$$

Formulam 2) ita repraesentare possumus:

$$\frac{k^2 \sin \mathrm{am}\, a \cos \mathrm{am}\, a \Delta \mathrm{am}\, a . \sin^2 \mathrm{am}\, u}{1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, a \sin^2 \mathrm{am}\, u} = Z(a) + \frac{1}{2}Z(u-a) - \frac{1}{2}Z(u+a),$$

unde commutatis a et u:

$$\frac{k^2 \sin \mathrm{am}\, u \cos \mathrm{am}\, u \Delta \mathrm{am}\, u . \sin^2 \mathrm{am}\, a}{1 - k^2 \sin^2 \mathrm{am}\, a \sin^2 \mathrm{am}\, u} = Z(u) - \frac{1}{2}Z(u-a) - \frac{1}{2}Z(u+a),$$

quibus additis formulis prodit:

$$4)\quad Z(u) + Z(a) - Z(u+a) = k^2 \sin \mathrm{am}\, u . \sin \mathrm{am}\, a . \sin \mathrm{am}\,(u+a),$$

quae est pro Additione functionis Z, atque convenit cum formula 3) §. 49:

$$E(\varphi) + E(\alpha) - E(\sigma) = k^2 \sin\varphi . \sin\alpha . \sin\sigma.$$

Posito $a = K$, cum facile constet esse $Z(K) = \frac{F^1 E^1 - E^1 F^1}{F^1} = 0$, prodit e 4):

$$5)\quad Z(u) - Z(u+K) = k^2 \sin \mathrm{am}\, u . \sin \mathrm{coam}\, u,$$

quam §. 47 ex evolutione ipsius Z derivavimus. Posito $-u$ loco u, $K - u = v$, e formula 5) obtinemus:

$$6)\quad Z(u) + Z(v) = k^2 \sin \mathrm{am}\, u . \sin \mathrm{am}\, v.$$

Posito $u = v = \frac{K}{2}$, fit: $2Z\left(\frac{K}{2}\right) = 1 - k'$ *).

*) Est enim: $\sin \mathrm{am} \frac{K}{2} = \sqrt{\frac{1}{1+k'}}$, $\cos \mathrm{am} \frac{K}{2} = \sqrt{\frac{k'}{1+k'}}$, $\Delta \mathrm{am} \frac{K}{2} = \sqrt{k'}$, $\mathrm{tg}\, \mathrm{am} \frac{K}{2} = \frac{1}{\sqrt{k'}}$.

Formulam 6) inde a $u = 0$ usque ad $u = u$ integremus. Cum sit $\int_0^u Z(u) \,.\, du = \log \frac{\Theta u}{\Theta 0}$, prodit:

$$\log \frac{\Theta u}{\Theta 0} - \log . \frac{\Theta(u+K)}{\Theta(K)} = -\log \Delta \operatorname{am} u,$$

sive:

$$7) \quad \frac{\Theta 0}{\Theta K} \cdot \frac{\Theta(u+K)}{\Theta u} = \Delta \operatorname{am} u.$$

Posito $u = -K$, eruimus e 7) valorem ipsius

$$8) \quad \frac{\Theta K}{\Theta 0} = \frac{1}{\sqrt{k'}},$$

unde 7) formam induit:

$$9) \quad \frac{\Theta(u+K)}{\Theta u} = \frac{\Delta \operatorname{am} u}{\sqrt{k'}}.$$

Formulam 9) ex inventa evolutione:

$$\frac{\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)}{\Theta(0)} = \frac{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\ldots}{\{(1-q)(1-q^3)(1-q^5)\ldots\}^2}$$

facile confirmamus. Fit enim, mutato x in $x+\frac{\pi}{2}$:

$$\frac{\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}+K\right)}{\Theta(0)} = \frac{(1+2q\cos 2x+q^2)(1+2q^3\cos 2x+q^6)(1+2q^5\cos 2x+q^{10})\ldots}{\{(1-q)(1-q^3)(1-q^5)\ldots\}^2},$$

unde:

$$\frac{\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}+K\right)}{\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)} = \frac{(1+2q\cos 2x+q^2)(1+2q^3\cos 2x+q^6)(1+2q^5\cos 2x+q^{10})\ldots}{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\ldots},$$

quam ipsam expressionem invenimus §. 35. $= \frac{\Delta \operatorname{am} \frac{2Kx}{\pi}}{\sqrt{k'}}$, uti debet.

E formula 9) expressiones $\Pi(u+K,\ a)$, $\Pi(u,\ a+K)$ statim ad ipsum $\Pi(u,\ a)$ revocamus. Fit enim:

$$10)\quad \Pi(u+K,\,a) = (u+K)\,Z(a) + \frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(u+K-a)}{\Theta(u+K+a)}$$

$$= (u+K)\,Z(a) + \frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(u-a)}{\Theta(u+a)} + \frac{1}{2}\log.\frac{\Delta\,\mathrm{am}(u-a)}{\Delta\,\mathrm{am}(u+a)}$$

$$= \Pi(u,\,a) + K.Z(a) + \frac{1}{2}\log.\frac{\Delta\,\mathrm{am}(u-a)}{\Delta\,\mathrm{am}(u+a)}.$$

$$11)\quad \Pi(u,\,a+K) = u\,Z(a+K) + \frac{1}{2}\log\frac{\Theta(u-a-K)}{\Theta(u+a+K)} =$$

$$u\,Z(a) - k^2\sin\mathrm{am}\,a\,.\,\sin\mathrm{coam}\,a\,.\,u + \frac{1}{2}\log\frac{\Theta(u-a)}{\Theta(u+a)} + \frac{1}{2}\log.\frac{\Delta\,\mathrm{am}(u-a)}{\Delta\,\mathrm{am}(u+a)} =$$

$$\Pi(u,\,a) - k^2\sin\mathrm{am}\,a\sin\mathrm{coam}\,a\,.\,u + \frac{1}{2}\log\frac{\Delta\,\mathrm{am}(u-a)}{\Delta\,\mathrm{am}(u+a)}.$$

54.

E formula fundamentali, cuius ope functio Π per functiones Z, Θ definitur:

$$\mathrm{I)}\quad \Pi(u,\,a) = u\,Z(a) + \frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(u-a)}{\Theta(u+a)},$$

advocatis sequentibus et ipsis in Analysi functionum Z, Θ fundamentalibus:

$$\mathrm{II)}\quad Z\,u - Z(u+a) = k^2\sin\mathrm{am}\,a\,.\,\sin\mathrm{am}\,u\,.\,\sin\mathrm{am}(u+a)$$

$$\mathrm{III)}\quad \Theta(u+a)\,\Theta(u-a) = \left\{\frac{\Theta u\,.\,\Theta a}{\Theta 0}\right\}^2(1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,a\,.\,\sin^2\mathrm{am}\,u),$$

iam facile formulas obtines et pro exprimendo $\Pi(u+v,\,a)$ per $\Pi(u,\,a)$, $\Pi(v,\,a)$, quod vocabimus de *Additione Argumenti Amplitudinis*, et pro exprimendo $\Pi(u,\,a+b)$ per $\Pi(u,\,a)$, $\Pi(u,\,b)$, quod vocabimus de *Additione Argumenti Parametri* theorema. Quem in finem adnotamus sequentia.

E formulis:

$$\Pi(u,\,a) = u\,.\,Z\,a + \frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(u-a)}{\Theta(u+a)}$$

$$\Pi(v,\,a) = v\,.\,Z\,a + \frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(v-a)}{\Theta(v+a)}$$

$$\Pi(u+v,\,a) = (u+v)\,Z\,a + \frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(u+v-a)}{\Theta(u+v+a)}$$

sequitur:

$$1)\quad \Pi(u,\,a) + \Pi(v,\,a) - \Pi(u+v,\,a) = \frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(u-a)\,.\,\Theta(v-a)\,.\,\Theta(n+v+a)}{\Theta(u+a)\,.\,\Theta(v+a)\,.\,\Theta(u+v-a)}.$$

Expressionem sub signo logarithmico contentam:

$$\frac{\Theta(u-a).\Theta(v-a).\Theta(u+v+a)}{\Theta(u+a).\Theta(v+a).\Theta(u+v-a)}$$

ope theorematis fundamentalis III. duplici ratione ad functiones ellipticas revocare licet. Fit enim ex eo primum:

$$\Theta(u-a).\Theta(v-a)=\left\{\frac{\Theta\left(\frac{u-v}{2}\right).\Theta\left(\frac{u+v}{2}-a\right)}{\Theta 0}\right\}^2\left(1-k^2\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u-v}{2}\right).\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right)$$

$$\Theta(u+a).\Theta(v+a)=\left\{\frac{\Theta\left(\frac{u-v}{2}\right).\Theta\left(\frac{u+v}{2}+a\right)}{\Theta 0}\right\}^2\left(1-k^2\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u-v}{2}\right).\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}+a\right)\right)$$

$$\Theta(u+v-a)\,\Theta a=\left\{\frac{\Theta\left(\frac{u+v}{2}\right).\Theta\left(\frac{u+v}{2}-a\right)}{\Theta 0}\right\}^2\left(1-k^2\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}\right).\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right)$$

$$\Theta(u+v+a)\,\Theta a=\left\{\frac{\Theta\left(\frac{u+v}{2}\right).\Theta\left(\frac{u+v}{2}+a\right)}{\Theta 0}\right\}^2\left(1-k^2\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}\right).\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}+a\right)\right).$$

quarum formularum prima et quarta in se ductis ac per secundam et tertiam divisis, provenit:

$$2)\quad \frac{\Theta(u-a).\Theta(v-a).\Theta(u+v+a)}{\Theta(u+a).\Theta(v+a).\Theta(u+v-a)}=$$

$$\frac{\left\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u-v}{2}\right).\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right\}\left\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}\right).\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}+a\right)\right\}}{\left\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u-v}{2}\right).\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}+a\right)\right\}\left\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}\right).\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right\}}.$$

Sic etiam, quae est altera ratio, ubi theorema fundamentale III. hunc in modum repraesentas:

$$\left\{\frac{\Theta u\,.\,\Theta v}{\Theta 0}\right\}^2=\frac{\Theta(u+v)\,\Theta(u-v)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,u\,.\,\sin^2\mathrm{am}\,v},$$

fit:

$$\left\{\frac{\Theta(u-a)\,\Theta(v-a)}{\Theta 0}\right\}^2=\frac{\Theta(u-v)\,.\,\Theta(u+v-2a)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u-a)\,.\,\sin^2\mathrm{am}(v-a)}$$

$$\left\{\frac{\Theta(u+a)\,\Theta(v+a)}{\Theta 0}\right\}^2=\frac{\Theta(u-v)\,.\,\Theta(u+v+2a)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u+a)\,.\,\sin^2\mathrm{am}(v+a)}$$

$$\left\{\frac{\Theta a\,.\,\Theta(u+v-a)}{\Theta 0}\right\}^2=\frac{\Theta(u+v)\,.\,\Theta(u+v-2a)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,a\,.\,\sin^2\mathrm{am}(u+v-a)}$$

$$\left\{\frac{\Theta a\,.\,\Theta(u+v+a)}{\Theta 0}\right\}^2 = \frac{\Theta(u+v)\,.\,\Theta(u+v+2a)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,a\,.\,\sin^2\mathrm{am}(u+v+a)},$$

quarum formularum rursus prima et quarta in se ductis ac per secundam et tertiam divisis, extractisque radicibus provenit:

$$3)\quad \frac{\Theta(u-a)\,.\,\Theta(v-a)\,.\,\Theta(u+v+a)}{\Theta(u+a)\,.\,\Theta(v+a)\,.\,\Theta(u+v-a)} =$$

$$\sqrt{\frac{\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u+a)\,.\,\sin^2\mathrm{am}(v+a)\}\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,a\,.\,\sin^2\mathrm{am}(u+v-a)\}}{\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u-a)\,.\,\sin^2\mathrm{am}(v-a)\}\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,a\,.\,\sin^2\mathrm{am}(u+v+a)\}}}.$$

Ut ex ipsis elementis cognoscatur, quomodo expressiones 2), 3) altera in alteram transformari possint, adnoto sequentia.

Ubi in formula, iam saepius adhibita:

$$\sin\mathrm{am}(u+v)\,.\,\sin\mathrm{am}(u-v) = \frac{\sin^2\mathrm{am}\,u - \sin^2\mathrm{am}\,v}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,u\,.\,\sin^2\mathrm{am}\,v}$$

loco u, v resp. ponis $u+v$, $u-v$, prodit:

$$\sin\mathrm{am}\,2u\,.\,\sin\mathrm{am}\,2v = \frac{\sin^2\mathrm{am}(u+v) - \sin^2\mathrm{am}(u-v)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u+v)\,.\,\sin^2\mathrm{am}(u-v)}.$$

Porro dedimus formulam:

$$\sin^2\mathrm{am}(u+v) - \sin^2\mathrm{am}(u-v) = \frac{4\sin\mathrm{am}\,u\,.\,\cos\mathrm{am}\,u\,.\,\Delta\mathrm{am}\,u\,.\,\sin\mathrm{am}\,v\,.\,\cos\mathrm{am}\,v\,.\,\Delta\mathrm{am}\,v}{\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,u\,\sin^2\mathrm{am}\,v\}^2},$$

unde multiplicatione facta, obtinemus:

$$4)\quad 1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u+v)\,.\,\sin^2\mathrm{am}(u-v) = \frac{4\sin\mathrm{am}\,u\,.\,\cos\mathrm{am}\,u\,.\,\Delta\mathrm{am}\,u\,.\,\sin\mathrm{am}\,v\,.\,\cos\mathrm{am}\,v\,.\,\Delta\mathrm{am}\,v}{\sin\mathrm{am}\,2u\,.\,\sin\mathrm{am}\,2v\,\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,u\,.\,\sin^2\mathrm{am}\,v\}^2}$$

$$= \frac{\{1-k^2\sin^4\mathrm{am}\,u\}\{1-k^2\sin^4\mathrm{am}\,v\}}{\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,u\,.\,\sin^2\mathrm{am}\,v\}^2}\ \text{*)},$$

cuius formulae beneficio formulae 2), 3) iam facile altera in alteram abeunt.

E formula 4) adhuc deduci potest haec generalior:

$$5)\quad \frac{\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,u\,.\,\sin^2\mathrm{am}\,v\}\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,u'\,.\,\sin^2\mathrm{am}\,v'\}}{\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,u\,.\,\sin^2\mathrm{am}\,u'\}\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}\,v\,.\,\sin^2\mathrm{am}\,v'\}} =$$

$$\sqrt{\frac{\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u+u')\,.\,\sin^2\mathrm{am}(u-u')\}\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(v+v')\,.\,\sin^2\mathrm{am}(v-v')\}}{\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u+v)\,.\,\sin^2\mathrm{am}(u-v)\}\{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u'+v')\,.\,\sin^2\mathrm{am}(u'-v')\}}}.$$

---

*) Nota enim est formulae: $\sin\mathrm{am}\,2u = \dfrac{2\sin\mathrm{am}\,u\,.\,\cos\mathrm{am}\,u\,.\,\Delta\mathrm{am}\,u}{1-k^2\sin^4\mathrm{am}\,u}$.

At Cl. Legendre eo loco, quo de Additione Argumenti Amplitudinis agit, (Cap. XVI *Comparaison des fonctions elliptiques de la troisième espèce*) eam, quae sub signo logarithmico invenitur, quantitatem sub forma exhibet hac:

$$\frac{1-k^2 \sin am\, a \,.\, \sin am\, u \,.\, \sin am\, v \,.\, \sin am(u+v-a)}{1+k^2 \sin am\, a \,.\, \sin am\, u \,.\, \sin am\, v \,.\, \sin am(u+v+a)},$$

quam non primo intuitu patet, quomodo cum expressionibus a nobis inventis sive 2) sive 3) conveniat. Transformatio satis abstrusa hunc in modum peragitur.

E formula elementari, cuius frequentissimam iam fecimus applicationem, fit:

$$\sin am\, u \,.\, \sin am\, v = \frac{\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right) - \sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right)}{1-k^2 \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right)}$$

$$\sin am\, a \,.\, \sin am(u+v-a) = \frac{\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right) - \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)}{1-k^2 \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)};$$

quibus in se ductis aequationibus, prodit:

$$\left\{1-k^2 \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right)\right\}\left\{1-k^2 \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right\} \times$$

$$\left\{1-k^2 \sin am\, a \,.\, \sin am\, u \,.\, \sin am\, v \,.\, \sin am(u+v-a)\right\}$$

$$=$$

$$\left\{1-k^2 \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right)\right\}\left\{1-k^2 \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right\}$$

$$-k^2\left\{\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right) - \sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right)\right\}\left\{\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right) - \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right\}.$$

Altera aequationis pars evoluta, terminis

$$-k^2 \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right)\left\{\sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right) + \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right\}$$

$$+k^2 \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right)\left\{\sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right) + \sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right\}$$

se mutuo destruentibus, fit:

$$1+k^4 \sin^4 am\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right)\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)$$

$$-k^2 \sin^4 am\left(\frac{u+v}{2}\right) - k^2 \sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right)\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right) =$$

$$\left\{1-k^2 \sin^4 am\left(\frac{u+v}{2}\right)\right\}\left\{1-k^2 \sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right)\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right\},$$

unde tandem prodit:

$$6)\quad \frac{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u-v}{2}\right)}{1-k^2\sin^4\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}\right)}\cdot\left\{1-k^2\sin\operatorname{am}a\,.\,\sin\operatorname{am}u\,.\,\sin\operatorname{am}v\,.\,\sin\operatorname{am}(u+v-a)\right\}$$

$$=\frac{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u-v}{2}\right)\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}-a\right)}{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}-a\right)}.$$

Hinc mutato a in — a, eruimus:

$$\frac{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u-v}{2}\right)}{1-k^2\sin^4\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}\right)}\left\{1+k^2\sin\operatorname{am}a\,.\,\sin\operatorname{am}u\,.\,\sin\operatorname{am}v\,.\,\sin\operatorname{am}(u+v+a)\right\}$$

$$=\frac{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u-v}{2}\right)\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}+a\right)}{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}+a\right)},$$

unde divisione facta:

$$7)\quad \frac{1-k^2\sin\operatorname{am}a\,.\,\sin\operatorname{am}u\,.\,\sin\operatorname{am}v\,.\,\sin\operatorname{am}(u+v-a)}{1-k^2\sin\operatorname{am}a\,.\,\sin\operatorname{am}u\,.\,\sin\operatorname{am}v\,.\,\sin\operatorname{am}(u+v+a)}=$$

$$\frac{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u-v}{2}\right)\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}-a\right)}{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u-v}{2}\right)\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}+a\right)}\cdot\frac{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}+a\right)}{1-k^2\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}\right)\sin^2\operatorname{am}\left(\frac{u+v}{2}-a\right)},$$

quae est transformatio quaesita expressionis a Cl. Legendre propositae in expressionem 2).

Formulam 6), posito u, a, v loco $\frac{u-v}{2}$, $\frac{u+v}{2}$, $\frac{u+v}{2}-a$, ita quoque repraesentare licet:

$$8)\quad 1-k^2\sin\operatorname{am}(a+u)\,.\,\sin\operatorname{am}(a-u)\,.\,\sin\operatorname{am}(a+v)\,.\,\sin\operatorname{am}(a-v)=$$

$$\frac{\{1-k^2\sin^4\operatorname{am}a\}\{1-k^2\sin^2\operatorname{am}u\,.\,\sin^2\operatorname{am}v\}}{\{1-k^2\sin^2\operatorname{am}a\,.\,\sin^2\operatorname{am}u\}\{1-k^2\sin^2\operatorname{am}a\,.\,\sin^2\operatorname{am}v\}},$$

unde formula 4) ut casus specialis fluit, posito $u=v$.

55.

E formulis §[i] antecedentis 1), 2), 3), 7) sequitur:

$$1)\quad \Pi(u, a) + \Pi(v, a) - \Pi(u+v, a) =$$

$$\frac{1}{2}\log.\frac{\left\{1-k^2\sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right).\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right\}\left\{1-k^2\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right).\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}+a\right)\right\}}{\left\{1-k^2\sin^2 am\left(\frac{u-v}{2}\right).\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}+a\right)\right\}\left\{1-k^2\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}\right).\sin^2 am\left(\frac{u+v}{2}-a\right)\right\}} =$$

$$\frac{1}{4}\log.\frac{\{1-k^2\sin^2 am(u+a).\sin^2 am(v+a)\}\{1-k^2\sin^2 am\, a\,\sin^2 am(u+v-a)\}}{\{1-k^2\sin^2 am(u-a).\sin^2 am(v-a)\}\{1-k^2\sin^2 am\, a\,\sin^2 am(u+v+a)\}} =$$

$$\frac{1}{2}\log.\frac{1-k^2\sin am\, a.\sin am\, u.\sin am\, v.\sin am(u+v-a)}{1+k^2\sin am\, a.\sin am\, u.\sin am\, v.\sin am(u+v+a)};$$

quod est theorema de Additione Argumenti *Amplitudinis*. Prorsus eadem methodo investigari potest alterum de Additione Argumenti *Parametri*, at ope theorematis de reductione Parametri ad Amplitudinem, quod nobis suppeditavit formula 4) §. 52:

$$IV)\quad \Pi(u, a) - \Pi(a, u) = u Z(a) - a Z(u),$$

e formula 1) idem sponte fluit. Etenim e IV. fit:

$$\Pi(a, u) - \Pi(u, a) = a Z(u) - u Z(a)$$

$$\Pi(b, u) - \Pi(u, b) = b Z(u) - u Z(b)$$

$$\Pi(a+b, u) - \Pi(u, a+b) = (a+b) Z(u) - u Z(a+b),$$

unde:

$$\Pi(u, a) + \Pi(u, b) - \Pi(u, a+b) =$$

$$\Pi(a, u) + \Pi(b, u) - \Pi(a+b, u) + u\{Z(a) + Z(b) - Z(a+b)\},$$

sive cum sit ex 1):

$$\Pi(a, u) + \Pi(b, u) - \Pi(a+b, u) = \frac{1}{2}\log.\frac{1-k^2\sin am\, u.\sin am\, a.\sin am\, b.\sin am(a+b-u)}{1+k^2\sin am\, u.\sin am\, a.\sin am\, b.\sin am(a+b+u)},$$

porro e II.:

$$Z(a) + Z(b) - Z(a+b) = k^2\sin am\, a.\sin am\, b.\sin am(a+b),$$

fit:

$$2)\quad \Pi(u, a) + \Pi(u, b) - \Pi(u, a+b) =$$

$$k^2\sin am\, a\,\sin am\, b\,\sin am(a+b).u + \frac{1}{2}\log.\frac{1-k^2\sin am\, u.\sin am\, a.\sin am\, b.\sin am(a+b-u)}{1+k^2\sin am\, u.\sin am\, a.\sin am\, b.\sin am(a+b+u)},$$

quod est theorema quaesitum de Additione Argumenti *Parametri*.

Alias eruimus formulas satis memorabiles consideratione sequente. Fit enim e theoremate III:

$$\left\{\frac{\Theta(u-a)\cdot\Theta(v-b)}{\Theta(0)}\right\}^2 = \frac{\Theta(u+v-a-b)\cdot\Theta(u-v-a+b)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u-a)\cdot\sin^2\mathrm{am}(v-b)}$$

$$\left\{\frac{\Theta(u+a)\cdot\Theta(v+b)}{\Theta(0)}\right\}^2 = \frac{\Theta(u+v+a+b)\cdot\Theta(u-v+a-b)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u+a)\cdot\sin^2\mathrm{am}(v+b)}.$$

Iam e theoremate I erit:

$$\Pi(u,a)+\Pi(v,b) = uZ(a)+vZ(b)+\frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(u-a)\cdot\Theta(v-b)}{\Theta(u+a)\cdot\Theta(v+b)}$$

$$\Pi(u+v,a+b)+\Pi(u-v,a-b) = (u+v)Z(a+b)+(u-v)Z(a-b)+\frac{1}{2}\log.\frac{\Theta(u+v-a-b)\cdot\Theta(u-v-a+b)}{\Theta(u+v+a+b)\cdot\Theta(u-v+a-b)},$$

unde:

$$3)\quad \Pi(u+v,a+b)+\Pi(u-v,a-b)-2\Pi(u,a)-2\Pi(v,b) =$$
$$(u+v)Z(a+b)+(u-v)Z(a-b)-2uZ(a)-2vZ(b)+$$
$$\frac{1}{2}\log.\frac{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u-a)\cdot\sin^2\mathrm{am}(v-b)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u+a)\cdot\sin^2\mathrm{am}(v+b)},$$

sive cum sit:

$$Z(a)+Z(b)-Z(a+b) = k^2\sin\mathrm{am}\,a\cdot\sin\mathrm{am}\,b\cdot\sin\mathrm{am}(a+b)$$
$$Z(a)-Z(b)-Z(a-b) = -k^2\sin\mathrm{am}\,a\cdot\sin\mathrm{am}\,b\cdot\sin\mathrm{am}(a-b),$$

prodit 2), 3):

$$4)\quad \Pi(u+v,a+b)+\Pi(u-v,a-b)-2\Pi(u,a)-2\Pi(v,b) =$$
$$-k^2\sin\mathrm{am}\,a\cdot\sin\mathrm{am}\,b\,\{\sin\mathrm{am}(a+b)\cdot(u+v)-\sin\mathrm{am}(a-b)\cdot(u-v)\}$$
$$+\frac{1}{2}\log.\frac{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u-a)\sin^2\mathrm{am}(v-b)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u+a)\sin^2\mathrm{am}(v+b)}.$$

Commutatis inter se u et v, obtinemus:

$$5)\quad \Pi(u+v,a+b)-\Pi(u-v,a-b)-2\Pi(v,a)-2\Pi(u,b) =$$
$$-k^2\sin\mathrm{am}\,a\cdot\sin\mathrm{am}\,b\,\{\sin\mathrm{am}(a+b)\cdot(u+v)+\sin\mathrm{am}(a-b)\cdot(u-v)\}$$
$$+\frac{1}{2}\log.\frac{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(v-a)\cdot\sin^2\mathrm{am}(u-b)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(v+a)\cdot\sin^2\mathrm{am}(u+b)}.$$

Additis 4) et 5) obtinemus:

$$6)\quad \Pi(u+v,a+b)-\Pi(u,a)-\Pi(u,b)-\Pi(v,a)-\Pi(v,b) =$$
$$-k^2\sin\mathrm{am}\,a\,\sin\mathrm{am}\,b\,\sin\mathrm{am}(a+b)\cdot(u+v)$$
$$+\frac{1}{4}\log\left\{\frac{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u-a)\sin^2\mathrm{am}(v-b)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(u+a)\sin^2\mathrm{am}(v+b)}\cdot\frac{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(v-a)\sin^2\mathrm{am}(u-b)}{1-k^2\sin^2\mathrm{am}(v+a)\sin^2\mathrm{am}(u+b)}\right\}.$$

Posito $v = 0$, e 4), 5) prodit:

7) $\Pi(u, a+b) + \Pi(u, a-b) - 2\Pi(u, a) =$

$$-k^2 \sin\text{am}\, a \sin\text{am}\, b \{\sin\text{am}(a+b) - \sin\text{am}(a-b)\} u + \frac{1}{2}\log.\frac{1-k^2\sin^2\text{am}\, b \sin^2\text{am}(u-a)}{1-k^2\sin^2\text{am}\, b\sin^2\text{am}(u+a)}$$

8) $\Pi(u, a+b) - \Pi(u, a-b) - 2\Pi(u, b) =$

$$-k^2 \sin\text{am}\, a \sin\text{am}\, b \{\sin\text{am}(a+b) + \sin\text{am}(a-b)\} u + \frac{1}{2}\log.\frac{1-k^2\sin^2\text{am}\, a \sin^2\text{am}(u-b)}{1-k^2\sin^2\text{am}\, a\sin^2\text{am}(u+b)}.$$

Posito $b = 0$, e 4), 5) prodit:

9) $$\Pi(u+v, a) + \Pi(u-v, a) - 2\Pi(u, a) = \frac{1}{2}\log.\frac{1-k^2\sin^2\text{am}\, v \sin^2\text{am}(u-a)}{1-k^2\sin^2\text{am}\, v\sin^2\text{am}(u+a)}$$

10) $$\Pi(u+v, a) - \Pi(u-v, a) - 2\Pi(v, a) = \frac{1}{2}\log.\frac{1-k^2\sin^2\text{am}\, u\,.\,\sin^2\text{am}(v-a)}{1-k^2\sin^2\text{am}\, u\,.\,\sin^2\text{am}(v+a)}.$$

REDUCTIONES EXPRESSIONUM Z(iu), Θ(iu) AD ARGUMENTUM REALE. REDUCTIO GENERALIS TERTIAE SPECIEI INTEGRALIUM ELLIPTICORUM, IN QUIBUS ARGUMENTA ET AMPLITUDINIS ET PARAMETRI IMAGINARIA SUNT.

56.

Revertimur ad Analysin functionum Z, Θ, quarum insignem usum in theoria nostra antecedentibus comprobavimus. Quaeramus de reductione expressionum $Z(iu)$, $\Theta(iu)$ ad argumentum reale. Idem primum signis Cl° Legendre usitatis exequemur, deinde ad notationes nostras accommodabimus.

Novimus in elementis §. 19. pag. 34, simul locum habere aequationes:

$$\sin\varphi = i\,\text{tang}\,\psi,\quad \frac{d\varphi}{\Delta(\varphi)} = \frac{i\,d\psi}{\Delta(\psi, k')},\quad F(\varphi) = iF(\psi, k').$$

Hinc fit:

$$d\varphi\,.\,\Delta(\varphi) = \frac{i\,d\psi(1+kk\,\text{tg}^2\psi)}{\Delta(\psi, k')} = \frac{i\,d\psi\,.\,\Delta(\psi, k')}{\cos^2\psi},$$

unde integratione facta:

$$\int_0^\varphi \Delta(\varphi)\,.\,d\varphi = i\left\{\text{tg}\,\psi\,\Delta(\psi, k') + \int_0^\psi \frac{k'k'\sin^2\psi}{\Delta(\psi, k')}\right\},$$

sive:

$$1)\quad E(\varphi) = i\{\operatorname{tg}\psi\,\Delta(\psi, k') + F(\psi, k') - E(\psi, k')\}.$$

Multiplicando per $\frac{d\varphi}{\Delta(\varphi)} = \frac{i\,d\psi}{\Delta(\psi, k')}$ et integrando eruimus:

$$2)\quad \int_0^{\varphi} \frac{E(\varphi)\,.\,d\varphi}{\Delta(\varphi)} = \log\cos\psi - \frac{1}{2}\left\{F(\psi, k')\right\}^2 + \int_0^{\psi} \frac{E(\psi, k')}{\Delta(\psi, k')}.$$

Ex aequatione 1) sequitur:

$$\frac{F^1 E(\varphi) - E^1 F(\varphi)}{i} = F^1 \operatorname{tg}\psi\,\Delta(\psi, k') - \left\{F^1 E(\psi, k') + (E^1 - F^1) F(\psi, k')\right\}.$$

Iam adnotetur theorema egregium Cl[i] Legendre (pag. 61):

$$F^1 E^1(k') + F^1(k') E^1 - F^1 F^1(k') = \frac{\pi}{2},$$

unde:

$$F^1 E(\psi, k') + (E^1 - F^1) F(\psi, k') = \frac{F^1}{F^1(k')}\left\{F^1(k') E(\psi, k') - E^1(k') F(\psi, k')\right\} + \frac{\pi F(\psi, k')}{2 F^1(k')},$$

ideoque:

$$3)\quad \frac{F^1 E(\varphi) - E^1 F(\varphi)}{i F^1} = \operatorname{tg}\psi\,\Delta(\psi, k') - \frac{F^1(k') E(\psi, k') - E^1(k') F(\psi, k')}{F^1(k')} - \frac{\pi F(\psi, k')}{2 F^1 F^1(k')}.$$

E notatione nostra erat:

$$\varphi = \operatorname{am}(iu),\quad \psi = \operatorname{am}(u, k'),\quad F(\varphi) = iu,\quad F(\psi, k') = u;$$

porro:

$$\frac{F^1 E(\varphi) - E^1 F(\varphi)}{F^1} = Z(iu, k);\quad \frac{F^1(k') E(\psi, k') - E^1(k') F(\psi, k')}{F^1(k')} = Z(u, k'),$$

unde aequatio 3) ita repraesentatur:

$$4)\quad iZ(iu, k) = -\operatorname{tg}\operatorname{am}(u, k')\,\Delta\operatorname{am}(u, k') + \frac{\pi u}{2KK'} + Z(u, k').$$

Hinc prodit integrando:

$$\int_0^u i\,du\,Z(iu, k) = \log\cos\operatorname{am}(u, k') + \frac{\pi uu}{4KK'} + \int_0^u Z(u, k')\,du,$$

sive cum sit $\int_0^u du\, Z(u) = \log \frac{\Theta(u)}{\Theta(0)}$:

$$5)\quad \frac{\Theta(iu, k)}{\Theta(0, k)} = e^{\frac{\pi uu}{4KK'}} \cos am(u, k') \frac{\Theta(u, k')}{\Theta(0, k')}.$$

Formulae 4), 5) functiones $Z(iu)$, $\Theta(iu)$ ad argumentum reale revocant.

57.

Mutetur in 5) u in $u + 2K'$, prodit:

$$\frac{\Theta(iu + 2iK')}{\Theta(0)} = -e^{\frac{\pi(u+2K')^2}{4KK'}} \cos am(u, k') \frac{\Theta(u, k')}{\Theta(0, k')}{}^{*)} = -e^{\frac{\pi(K'+u)}{K}} \frac{\Theta(iu)}{\Theta 0},$$

sive posito u loco iu:

$$1)\quad \Theta(u + 2iK') = -e^{\frac{\pi(K'-iu)}{K}} \Theta(u).$$

Ponatur in 5) $u + K'$ loco u: cum sit

$$\cos am(u + K', k') = -\frac{k \sin am(u, k')}{\Delta am(u, k')}$$

$$\Theta(u + K', k') = \frac{\Delta am(u, k')}{\sqrt{k}} \cdot \Theta(u, k'),\quad \text{v. §. 53. 9)}$$

prodit:

$$\frac{\Theta(iu + iK')}{\Theta(0)} = -e^{\frac{\pi(u+K')^2}{4KK'}} \sqrt{k} \sin am(u, k') \frac{\Theta(u, k')}{\Theta(0, k')}$$

$$= -e^{\frac{\pi(2u+K')}{4K}} \sqrt{k}\, tg\, am(u, k') \frac{\Theta(iu)}{\Theta(0)},$$

unde posito rursus u loco iu:

$$2)\quad \Theta(u + iK') = i\, e^{\frac{\pi(K'-2iu)}{4K}} \sqrt{k} \sin am(u)\, \Theta(u).$$

---

*) Fit enim $\Theta(u + 2K, k) = \Theta(u)$, ideoque etiam $\Theta(u + 2K', k') = \Theta(u, k')$.

Sumtis logarithmis et differentiando, ex 1), 2) prodit:

3) $$Z(u+2iK') = \frac{-i\pi}{K} + Z(u)$$

4) $$Z(u+iK') = \frac{-i\pi}{2K} + \operatorname{cotgam}(u)\,\Delta\operatorname{am}(u) + Z(u).$$

Posito $u = 0$, ex 1) - 4) fit:

5) $$\left\{\begin{array}{ll} \Theta(2iK') = -e^{\frac{\pi K'}{K}}\,\Theta(0), & \Theta(iK') = 0 \\ Z(2iK') = 0 \quad ; & Z(iK') = \infty. \end{array}\right.$$

Formulae 1), 2) egregiam inveniunt confirmationem e natura producti infiniti, in quod functionem Θ evolvimus:

6) $$\frac{\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)}{\Theta(0)} = \frac{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\ldots}{\{(1-q)(1-q^3)(1-q^5)\ldots\}^2} =$$
$$\frac{\{(1-qe^{2ix})(1-q^3e^{2ix})(1-q^5e^{2ix})\ldots\}\{(1-qe^{-2ix})(1-q^3e^{-2ix})(1-q^5e^{-2ix})\ldots\}}{\{(1-q)(1-q^3)(1-q^5)\ldots\}}.$$

Ubi enim mutatur x in $x+\frac{i\pi K'}{K}$, quo facto abit e^{ix} in qe^{ix}, abit productum

$$\{(1-qe^{2ix})(1-q^3e^{2ix})(1-q^5e^{2ix})\ldots\}\{(1-qe^{-2ix})(1-q^3e^{-2ix})(1-q^5e^{-2ix})\ldots\}$$

in hoc:

$$\frac{1}{qe^{2ix}}\{(1-qe^{2ix})(1-q^3e^{2ix})(1-q^5e^{2ix})\ldots\}\{(1-qe^{-2ix})(1-q^3e^{-2ix})(1-q^5e^{-2ix})\ldots\},$$

unde:

7) $$\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}+2iK'\right) = \frac{\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)}{qe^{2ix}}.$$

Mutato vero x in $x+\frac{i\pi K'}{2K}$, abit e^{ix} in $\sqrt{q}\,e^{ix}$, unde productum

$$\{(1-qe^{2ix})(1-q^3e^{2ix})(1-q^5e^{2ix})\ldots\}\{(1-qe^{-2ix})(1-q^3e^{-2ix})(1-q^5e^{-2ix})\ldots\}$$

in hoc:

$$(i-e^{-2ix})\{(1-q^2e^{2ix})(1-q^4e^{2ix})\ldots\}\{(1-q^2e^{-2ix})(1-q^4e^{-2ix})\ldots\} =$$
$$\frac{i}{e^{ix}}\cdot 2\sin x\,(1-2q^2\cos 2x+q^4)(1-2q^4\cos 2x+q^8)(1-q^6\cos 2x+q^{12})\ldots.$$

At dedimus §. 36 formulam:

$$\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi} = \frac{1}{\sqrt{k}}\cdot\frac{2\sqrt[4]{q}\sin x(1-2q^2\cos 2x+q^4)(1-2q^4\cos 2x+q^8)\ldots}{(1-2q\cos 2x+q^2)(1-2q^3\cos 2x+q^6)(1-2q^5\cos 2x+q^{10})\ldots},$$

unde videmus, fore:

$$8)\quad \Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}+iK'\right) = \frac{i\sqrt{k}\sin\operatorname{am}\frac{2Kx}{\pi}\,\Theta\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)}{\sqrt[4]{q}\,e^{ix}}.$$

Formulae 7), 8) autem posito $\frac{2Kx}{\pi} = u$ cum formulis 1), 2) conveniunt.

E formula 9) §. 53:

$$\Theta(u+K) = \frac{\Delta\operatorname{am} u}{\sqrt{k'}}\,.\,\Theta(u),$$

posito iu loco u, sequitur:

$$\Theta(iu+K) = \frac{\Delta\operatorname{am}(u,k')}{\sqrt{k'}\cos\operatorname{am}(u,k')}\,.\,\Theta(iu),$$

unde e 5) §. 56:

$$\frac{\Theta(iu+K)}{\Theta(0)} = \frac{1}{\sqrt{k'}}\,e^{\frac{\pi uu}{4KK'}}\,\Delta\operatorname{am}(u,k')\,.\,\frac{\Theta(u,k')}{\Theta(0,k')},$$

sive e formula allegata 9) §. 53:

$$9)\quad \frac{\Theta(iu+K)}{\Theta(0)} = \sqrt{\frac{k}{k'}}\,e^{\frac{\pi uu}{4KK'}}\,\frac{\Theta(u+K',k')}{\Theta(0,k')}.$$

Hinc sumendo logarithmos et differentiando obtinemus:

$$10)\quad iZ(iu+K) = \frac{\pi u}{2KK'} + Z(u+K',k').$$

58.

Formularum §§. 56. 57 inventarum facilis fit applicatio ad Analysin functionum Π casibus, quibus Argumenta sive Amplitudinis sive Parametri sive utriusque imaginaria sunt.

Demonstremus primum, expressionem $\Pi(u, a+iK')$ revocari posse ad $\Pi(u,a)$, unde patet, posito $n = -k^2\sin^2\operatorname{am} a$, integralia

$$\int_0^{\varphi} \frac{d\varphi}{\left\{1+n\sin^2\varphi\right\}\Delta(\varphi)},\quad \int_0^{\varphi} \frac{d\varphi}{\left\{1+\frac{k^2}{n}\sin^2\varphi\right\}\Delta(\varphi)}$$

alterum ab altero pendere; quod est insigne theorema a Cl. Legendre prolatum Cap. XV.

Invenimus:

$$\Pi(u,\ a+iK') = u\,Z(a+iK') + \frac{1}{2}\log\frac{\Theta(a-u+iK')}{\Theta(a+u+iK')}.$$

Fit autem e 2), 4) §. 57:

$$\frac{\Theta(a-u+iK')}{\Theta(a+u+iK')} = e^{\frac{i\pi u}{K}}\,\frac{\sin\text{am}(a-u)}{\sin\text{am}(a+u)}\cdot\frac{\Theta(a-u)}{\Theta(a+u)}$$

$$u\,Z(a+iK') = \frac{-i\pi u}{2K} + u\,\text{cotg am}\,a\,\Delta\text{am}\,a + u\,Z(a),$$

unde, terminis $\frac{i\pi u}{2K} - \frac{i\pi u}{2K}$ se destruentibus:

$$1)\quad \Pi(u,\ a+iK') = \Pi(u,\ a) + u\,\text{cotg am}\,a\,\Delta\text{am}\,a + \frac{1}{2}\log\frac{\sin\text{am}(a-u)}{\sin\text{am}(a+u)}.$$

Ponamus in hac formula ia loco a, fit:

$$\text{cotg am}(ia)\,\Delta\text{am}(ia) = \frac{-i\,\Delta\text{am}(a,\ k')}{\sin\text{am}(a,\ k')\cos\text{am}(a,\ k')}$$

$$\frac{\sin\text{am}(ia-u)}{\sin\text{am}(ia+u)} = \frac{\Delta\text{am}\,u - \text{cotg am}(ia)\,\Delta\text{am}(ia)\,\text{tg am}\,u}{\Delta\text{am}\,u + \text{cotg am}(ia)\,\Delta\text{am}(ia)\,\text{tg am}\,u},$$

sive posito brevitatis gratia:

$$\frac{\Delta\text{am}(a,\ k')}{\sin\text{am}(a,\ k')\cos\text{am}(a,\ k')} = \sqrt{\alpha},$$

fit:

$$\frac{\sin\text{am}(ia-u)}{\sin\text{am}(ia+u)} = \frac{\Delta\text{am}\,u + i\sqrt{\alpha}\,\text{tg am}\,u}{\Delta\text{am}\,u - i\sqrt{\alpha}\,\text{tg am}\,u},$$

unde 1) abit in

$$2)\quad \frac{\Pi(u,\ ia+iK') - \Pi(u,\ ia)}{i} = -\sqrt{\alpha}\,.\,u + \text{Arc.tg}\,.\,\frac{\sqrt{\alpha}\,\text{tg am}\,u}{\Delta\text{am}\,u};$$

quae cum formula f') a Cl. Legendre exhibita convenit.

59.

Alias formulas, pro reductione Argumenti imaginarii ad reale fundamentales, obtinemus e 9), 10) §. 57. Quarum primum observo hanc, qua Argumenta et Amplitudinis et Parametri imaginaria ad Argumenta realia revocantur:

$$1)\quad \Pi(iu,\, ia+K) = \Pi(u,\, a+K',\, k'),$$

quae hunc in modum demonstratur. Fit enim:

$$\Pi(iu,\, ia+K) = iu\,Z(ia+K) + \frac{1}{2}\log\frac{\Theta(ia-iu+K)}{\Theta(ia+iu+K)};$$

porro e 10) §. 57:

$$iu\,Z(ia+K) = \frac{\pi u a}{2KK'} + u\,Z(a+K',\, k'),$$

e 9) §. 57:

$$\frac{\Theta(ia-iu+K)}{\Theta(0,\, k)} = \sqrt{\frac{k}{k'}}\, e^{\frac{\pi(a-u)^2}{4KK'}}\, \frac{\Theta(a-u+K',\, k')}{\Theta(0,\, k')}$$

$$\frac{\Theta(ia+iu+K)}{\Theta(0,\, k)} = \sqrt{\frac{k}{k'}}\, e^{\frac{\pi(a+u)^2}{4KK'}}\, \frac{\Theta(a+u+K',\, k')}{\Theta(0,\, k')},$$

unde:

$$\frac{\Theta(ia-iu+K)}{\Theta(ia+iu+K)} = e^{\frac{-\pi a u}{KK'}}\, \frac{\Theta(a-u+K',\, k')}{\Theta(a+u+K',\, k')},$$

ideoque, terminis $\frac{\pi u a}{2KK'} - \frac{\pi u a}{2KK'}$ se destruentibus,

$$\Pi(iu,\, ia+K) = u\,Z(a+K',\, k') + \frac{1}{2}\log\frac{\Theta(a-u+K',\, k')}{\Theta(a+u+K',\, k')} = \Pi(u,\, a+K',\, k'),$$

quod demonstrandum erat.

Mutato in 1) a in $-ia$, prodit:

$$2)\quad \Pi(iu,\, a+K) = -\Pi(u,\, ia+K',\, k').$$

Formula 1) facile etiam probatur consideratione ipsius integralis, per quod functionem Π definivimus:

$$\Pi(u,\, a) = \int_0^u \frac{k^2 \sin am\, a \,.\, \cos am\, a \,.\, \Delta am\, a \,.\, \sin^2 am\, u \,.\, du}{1 - k^2 \sin^2 am\, a \,.\, \sin^2 am\, u},$$

unde:

$$\Pi(iu,\ ia+K) = \int_0^u \frac{ik^2 \sin am(ia+K) \,.\, \cos am(ia+K) \,.\, \Delta am(ia+K) \,.\, \sin^2 am(iu) \,.\, du}{1 - k^2 \sin^2 am(ia+K) \,.\, \sin^2 am(iu)}.$$

Fit enim e formulis §^{i} 19:

$$\sin am(ia+K) = \sin coam(ia) = \frac{\Delta\, coam(a,\ k')}{k} = \frac{\Delta am(a+K',\ k')}{k}$$

$$\cos am(ia+K) = -\cos coam(ia) = \frac{-ik'}{k}\cos coam(a,\ k') = \frac{ik'}{k}\cos am(a+K',\ k')$$

$$\Delta\, am(ia+K) = \Delta\, coam(ia) = k' \sin coam(a,\ k') = k' \sin am(a+K',\ k'),$$

unde:

$$ikk \sin am(ia+K) \cos am(ia+K)\, \Delta am(ia+K) =$$
$$-k'k' \sin am(a+K',\ k') \cos am(a+K',\ k')\, \Delta am(a+K',\ k').$$

Porro fit:

$$\frac{\sin^2 am(iu)}{1-k^2 \sin^2 am(ia+K) \sin^2 am(iu)} = \frac{-tg^2 am(u,\ k')}{1+\Delta^2 am(a+K',\ k')\, tg^2 am(u,\ k')} =$$
$$\frac{-\sin^2 am(u,\ k')}{\cos^2 am(u,\ k') + \Delta^2 am(a+K',\ k') \sin^2 am(u,\ k')} = \frac{-\sin^2 am(u,\ k')}{1-k'k' \sin^2 am(a+K',\ k') \sin^2 am(u,\ k')};$$

unde:

$$\Pi(iu.\ ia+K) =$$
$$\int_0^u \frac{k'k' \sin am(a+K',\ k') \,.\, \cos am(a+K',\ k') \,.\, \Delta am(a+K',\ k') \,.\, \sin^2 am(u,\ k') \,.\, du}{1-k'k' \sin^2 am(a+K',\ k') \sin^2 am(u,\ k')},$$

sive:

